Tiberius, Caligula, Claudius, Nero

quid extra munera imperatoria scripserint et quomodo litteris faverint aut obtrectaverint fragmentis et testimoniis collectis demonstratur

Dissertatio inauguralis

quam ad summos philosophiae honores ab amplissimo philosophorum ordine Universitatis Alberto-Ludovicianae Friburgensis impetrandos scripsit

Gertrud Lienhart

Argentinensis

1934

Buchdruckerei Emil Wild

Endingen

Ref.: Geh. Hofrat Prof. Dr. Otto Immisch

Corref.: Prof. Dr. Eduard Fraenkel

Examen: 15. Juli 1932

Quomodo imperatores R. litteras auxerint vel litteris obfuerint, non aliunde comperimus quam e verbis scriptorum Romanorum et Graecorum. itaque eam rem illorum ipsorum verbis illustrandam esse visum est. quid hic illic viris doctis corrigendum vel explicandum fuerit, indicatur; sed etiam praecipuorum locorum, quibus illi eadem quae auctores antiqui aliis verbis referunt, index plerumque sequitur, ut nihil aliud de unaquaque re constare intellegas. quanta fide vero Tacitus, quanta Cassius Dio, quanta Aurelius Victor, quanta ceteri testes digni sint, eum qui hoc opusculo utetur ante oculos habiturum esse confido.

Augustum quoque haec dissertatio complexa erat; sed post H. Malcovati[1] non est cur fragmenta operum Augusti iterum imprimantur.

---

[1] Caes. Augusti Imp. operum fragmenta ed. Henrica Malcovati, Corpus Script. Lat. Paravianum 38 (² 1928). Scriptis Augusti addenda sunt fragmenta et vestigia quaedam epistularum ab Octaviano Ciceroni missarum, quae conservantur in Ciceronis epistulis ad Att. 16, 8, 1; 16, 9; 16, 11, 6. etiam Nonius s. vv. accipere, rogare, comparare, spurcum; Charis 1 p. 126, 10 Keil (p. 160, 17 Barw.). de Nonii et Charisii locis cf. Tyrrell-Purser VI p. 292—300.

Tiberius.

Tiberius litteris cultus.

Ios. ant. 19, 208 sq.: infra ad Calig. Suet. Tib. 70, 1 artes liberales utriusque generis studiosissime coluit.

utriusque generis „h. e. et graecas et latinas" Thes. l. l. 2, 662, 59.

Dio 57, 1, 1 Τιβέριος δὲ εὐπατρίδης μὲν ἦν καὶ ἐπεπαίδευτο. Porph. Hor. epist. 1, 3, 1 ipse Tiberius doctus et doctos comites habuit. Aur. Vict. Caes. 8, 7 hi omnes, quos paucis attigi (= ab Augusto usque ad Vitellium) praecipueque Caesarum gens adeo litteris culti atque eloquentia fuere, ut, ni cunctis vitiis absque Augusto nimii forent, tantae artes profecto texissent modica flagitia.

haec verbum pro verbo reddit Ps. Aur. Vict. epit. 8, 6.

Ps. Aur. Vict. epit. 2, 4 inerat ei scientia litterarum multa.

Tiberius poetis scriptoribusque favet; nonnullos autem poenis coercere cogitur.

Interdum poetarum verba affert.

Suet. Tib. 59, 2 . . dicebatque identidem: „oderint, dum probent."

commutatum e versu illo Accii, Atreus fr. V, v. 203 sq. Ribb. „oderint, dum metuant", quo versu iam Cic., Phil. 1, 14, 34, ut proverbio utitur.

Dio 58, 23, 4 sq. λέγεται γοῦν πολλάκις ⟨μὲν⟩ ἀναφθέγξασθαι τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον „ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί", πολλάκις δὲ καὶ τὸν Πρίαμον μακαρίσαι, ὅτι ἄρδην καὶ μετὰ τῆς πατρίδος καὶ μετὰ τῆς βασιλείας ἀπώλετο. καὶ τεκμαίρονταί γε ἀληθῆ ταῦτα περὶ αὐτοῦ γεγράφθαι τοῖς τότε γενομένοις· τοσοῦτο γὰρ τὸ πλῆθος τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν ἐξώλετο, ὥστε . . . 27 an τεκμαίρομαι? Boiss.

Suid. Τιβέριος, βασ. Ῥωμ.: τοῦτο δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐφθέγξατο „ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί", καὶ τὸν Πρίαμον ἐμακάριζεν, ὅτι μετὰ τῆς πατρίδος καὶ τῆς βασιλείας ἀπώλετο.

Tac. ann. 4, 52 (p. Chr. 26) audita haec (= Agrippinae verba) raram occulti pectoris vocem elicuere correptam=

que graeco versu admonuit non ideo laedi, quia non regnaret. Suet. Tib. 53, 1 nurum Agrippinam post mariti mortem liberius quiddam questam manu apprehendit graecoque versu „si non dominaris“, inquit „filiola, iniuriam te accipere existimas?“

3 quiddam / quidem G Casaubonus, comment. ed. Wolf IV p. 39, similia aliorum verba et hunc versum a viro docto quodam fictum affert: εἰ μὴ τυραννεῖς, τέκνον, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς. poetamne laudat an ipse hunc versum fecit Tiberius?

Tiberio Germanicus Aratea sua dedicat: vv. 2—4.

Suet. Tib. 70, 2. fecit et graeca poemata imitatus Euphorionem et Rhianum et Parthenium, quibus poetis admodum delectatus scripta omni⟨a eor⟩um et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit. et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Carmina Euphorionis, Alexandrini poetae, Tiberio placuisse non miraberis, si contuleris Christ, Gesch. d. grch. Lit. 2, 1[6] p. 148—150. de Rhiano grammatico et poeta cf. Christ 2, 1 p. 146 sq. de Parthenio, qui primo a. Chr. n. saec. in Italia carmina condebat et neotericos q. d. poetas docebat: Christ 2, 1, 322—324.

Tac. ann. 2, 83 (p. Chr. 19 post Germanici mortem) cum censeretur clipeus auro et magnitudine insignis inter auctores eloquentiae, adseveravit Tiberius solitum paremque ceteris dicaturum. neque enim eloquentiam fortuna discerni, et satis inlustre, si veteres inter scriptores haberetur. adseveravit l. Gronov. / adseravit cod. solitum: aeneum Plin. nat. 35, 4 et 9.

Hor. epist. 1, 3.

1 Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius, Augusti privignus, scire laboro.
6 quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.
9 quid Titius, Romana brevi venturus in ora?
15 quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus,
privatas ut quaerat opes et tangere vitet
scripta Palatinus quaecumque recepit Apollo.

Tota hac epistula Horatius de iis agit, qui anno a. Chr. n. 21. Tiberium in Asiam comitabantur.

Hor. epist. 2, 2, 1. Flore, bono claroque fidelis amice Neroni! | Porph. Hor. epist. 1, 3, 1. hic Florus scriba fuit et saturarum scriptor, cuius sunt electae ex Ennio, Lucilio, Varrone saturae. ⟨e⟩ comitibus domesticis Claudi⟨i ei⟩us fuit, cuius frater Drusus, qui subactis Germanis Ger=

manicus dictus est. ipse Tiberius doctus et doctos comites habuit. — Claudii eius = Tiberii; frater = Drusus † a. Chr. 9. cf. Porph. Hor. epist. 2, 2, 1.

Porph. Hor. epist. 1, 3, 9. Titius . . . Tiberi comes et doctissimus fuit et lyrica conscripsit.

Hor. epist. 1, 8, 1 sq.

Celso gaudere et bene rem gerere Albinovano
Musa rogata refer, comiti scribaeque Neronis.

Strabo 13, 2, 3. (Θεοφάνης) υἱὸν ἀπέλιπε Μάκρον Πομπήιον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησέ ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαστός, καὶ νῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῶν Τιβερίου φίλων. Μάκρον Meineke | Μάρκον codd.

11 καὶ ⟨ὁ τούτου υἱὸς⟩ νῦν A. Hillscher, Fleckeis. Jb. Suppl. 18 (1892) p. 428; utrum idem sit, qui Asiam administravit et Ovidium in itinere comitatus est et bibliothecas Augusto auctore ordinavit et Antehomerica et Tetrasticha condidit, an altera de filio, altera de nepote Theophanis sint intellegenda, de ea re cf. Schanz 2, 1 p. 362 sq.

Suet. Tib. 42, 2. Asellio Sabino sestertia ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat. ostreae | ostria M G.

Sen. epist. 122, 11. recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta et amicitia Neronis notus et frigore; ortus et occasus libentissime inserebat. cf. Schanz 2, 1 p. 363.

Tac. ann. 3, 49—51 (p. Chr. 21). fine anni Clutorium Priscum equitem Romanum post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, pecunia donatum a Caesare corripuit delator obiectans aegro Druso composuisse, quod, si extinctus foret, maiore praemio vulgaretur. id Clutorius in domo P. Petroni . . . per vaniloquentiam iecerat. . . (c. 50 senatus de Clutorio agit absente Tiberio) c. 51. . . . ductusque in carcerem Priscus ac statim exanimatus. id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit, cum . . . deprecaretur tam praecipitis verborum poenas . . . igitur factum senatus consultum, ne decreta patrum ante diem ⟨decimum⟩ ad aerarium deferrentur idque vitae spatium damnatis prorogaretur.

29 iecerat Weißbrodt (Halm-Andr.) / legerat cod. 35 ⟨decimum⟩ Lips. ex Dio 57, 20, 4. idem atque Tac. narrat Dio nomine mutato in C. Lutorius. Pro forma Tacitea „Clutorius" cf. K. Keil, Rh. Mus. 16, 291—293.

Suet. Tib. 28. adversus convicia malosque rumores et famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens sub=

inde iactabat in civitate libera linguam mentemque liberas esse debere. et quondam senatu cognitionem de eius modi criminibus ac reis flagitante „non tantum" inquit „otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiae hoc praetexto ad vos deferentur." extat et sermo eius in senatu percivilis „siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam; si perseveraverit, in vicem eum odero."
Suetonius, Tib. 59, versus contra Tiberium iactatos affert et Tiberii talium vocum patientiam commemorat. cf. Tac. ann. 2, 50 (p. Chr. 17) in se iacta nolle ad cognitionem vocari.

Tac. ann. 4, 31 (p. Chr. 24) C. Cominium equitem Romanum probrosi in se carminis convictum Caesar precibus fratris, qui senator erat, concessit.

Dio 57,22,5 (p. Chr. 23) Αἴλιον Σατορνῖνον ὡς καὶ ἔπη τινὰ ἐς αὐτὸν οὐκ ἐπιτήδεια ἀπορρίψαντα ὑπό τε τὴν βουλὴν ὑπήγαγε καὶ ἁλόντα ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισε.
ἀπορρίψαντα L b / ἀπορράψαντα V l Xiph.

Tac. ann. 4, 34 sq. (p. Chr. 25) Cremutius Cordus postulatur, novo ac tunc primum audito crimine, quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset. accusabant Satrius Secundus et Pinarius Natta, Seiani clientes. id perniciabile reo et Caesar truci vultu defensionem accipiens. quam Cremutius, relinquendae vitae certus, in hunc modum exorsus est: „verba mea, patres conscripti, arguuntur: adeo factorum innocens sum. sed neque haec in principem aut principis parentem, quos lex maiestatis amplectitur: Brutum et Cassium laudavisse dicor, quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memoravit. Titus Livius, eloquentiae ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret; neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum nusquam latrones et parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat. Asinii Pollionis scripta egregiam eorundem memoriam tradunt; Messalla Corvinus imperatorem suum Cassium praedicabat: et uterque opibus atque honoribus perviguere. . . . 35. suum cuique decus posteritas rependit; nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii et Bruti, set etiam mei meminerint." egressus dein senatu vitam abstinentia finivit. libros per aediles cremandos censuere patres; set manserunt, occultati et editi.

22 Romanorum ultimum: Plut. Brut. 44 (ὁ Βροῦτος) τὸ μὲν σῶμα περικλαύσας καὶ προσαγορεύσας ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κασσιον . . .
33 Scipio, Pompei socer, cos. a. Chr. 52. Afranius cos. 60, Pompei in Hispania legatus a. Chr. 49.

Dio 57, 24, 2—5 (p. Chr. 25) Κρεμούτιος δὲ δὴ Κόρδος αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὅτι τῷ Σειανῷ προσέκρουσεν, ἠναγκάσθη· οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔγκλημα ἐπαίτιον λαβεῖν ἠδυνήθη (καὶ γὰρ ἐν πύλαις ἤδη γέρως ἦν καὶ ἐπεικέστατα ἐβεβιώκει), ὥστε ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων συνετεθείκει καὶ ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κριθῆναι, ὅτι τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον ἐπῄνεσε καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς καθήψατο τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδέν, οὐ μέντοι καὶ ὑπερεσέμνυνε. ταῦτά τε γὰρ ᾐτιάθη, καὶ διὰ ταῦτα αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ τότε μὲν ⟨τά τε⟩ ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα πρὸς τῶν ἀγορανόμων καὶ τὰ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἐκαύθη· ὕστερον δὲ ἐξεδόθη τε αὖθις . . . (Xiph.)

11 ⟨τά τε⟩ Kuiper 2 τῷ Σειανῷ προσέκρουσεν: Sen. dial. 6 (consol. ad Marc.), 22, 4.

Suet. Tib. 61, 3: p. 10, 13 sqq. Marciam, Cordi filiam, Seneca de morte patris consolatur dialogo 6. Annales post Cordi mortem editi: Quint. inst. 10, 1, 104 habet amatores, nec immerito, Cremuti libertas, quamquam circumcisis, quae dixisse ei nocuerat. sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his, quae manent. Suet. Cal. 16, 1. Sen. suas. 6, 19—23. Teuffel § 277, 1. Gelzer RE 10, 516, 48—517, 21.

Tac. ann. 6, 9 (p. Chr. 32) secutae dehinc Tiberii litterae in Sex. Vistilium praetorium, quem Druso fratri percarum in cohortem suam transtulerat. causa offensionis Vistilio fuit, seu composuerat quaedam in C. Caesarem ut impudicum, sive ficto habita fides. atque ob id convictu principis prohibitus, cum senili manu ferrum temptavisset, obligat venas precatusque per codicillos immiti rescripto venas resolvit.

Vistilium Nipp./Vestilium cod. cf. Willrich Klio 3, 103.
ut impudicum: Cottam Messalinum eiusdem dicti accusatum Tiberius puniri vetat: Tac. ann. 6, 5.

Tac. ann. 6, 29 (p. Chr. 34) Mamercus dein Scaurus rursum postulatur insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus. nihil hunc amicitia Seiani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eas artes occultius exercebat detuleratque argumentum tragoediae a Scauro scriptae additis versibus, qui in Tiberium flecterentur. verum ab Servilio et Cornelio accusatoribus adulterium Liviae, magorum sacra obiectabantur. Scaurus, ut dignum veteribus Aemiliis, damnationem anteiit.

Dio 58, 24, 3—5 (p. Chr. 34) Μαμέρκος δὲ δὴ Αἰμίλιος Σκαῦρος . . . ἑάλω τε διὰ τραγῳδίαν καὶ παθήματι δεινοτέρῳ

οὗ συνέγραψε περιέπεσεν. Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν, παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος ἐφ' ἑαυτῷ τε τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη Ἀτρεὺς εἶναι διὰ τὴν μιαιφονίαν [εἶναι] προσποιησάμενος καὶ ὑπειπὼν ὅτι „καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντ' αὐτὸν ποιήσω“ ἀνάγκην οἱ προσήγαγεν αὐτοεντεὶ ἀπολέσθαι. οὐ μὴν ⟨ἀλλὰ⟩ καὶ ἐπὶ τούτῳ κατηγορήθη, ἀλλ' ὡς τὴν Λιουίλλαν μεμοιχευκώς· . . .

9,42 Μαμέρκος Lips. ex Tac. ann. 6,29 / Μάρκος, Μαμέρτιος codd. 2 cf. Eur. Phoen. 393 Polynices: τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών. hic versus proverbii locum obtinuisse videtur: cf. Cic. ad Att. 2, 25, 1. 8 Λιουίλλαν, supra 9,39 Liviae: cf. Boiss. ad Dio 57, 22, 2.

Suet. Tib. 61, 3 (oppresso Seiano). omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. obiectum est poetae, quod in tragoedia Agamemnonem probris lacessisset; obiectum et historico, quod Brutum Cassiumque ultimos Romanorum dixisset. animadversum statim in auctores scriptaque abolita, quamvis probarentur ante aliquot annos etiam Augusto audiente recitata. poetae: Mamerco Scauro; historico: Cremutio Cordo. Brutum Cassiumque: rectius Tac. cum Plut. supra 8, 22 et 43 sq.

Tac. ann. 6, 3 et 6, 39 (p. Chr. 32 et 35). Isdem (quibus Iunium Gallionem) litteris Caesar Sextium Paconianum praetorium perculit, magno patrum gaudio, audacem, maleficum, omnium secreta rimantem delectumque ab Seiano, cuius ope dolus C. Caesari pararetur. Quod postquam patefactum, prorupere concepta pridem odia; et summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret. ut vero Lucanium Latiarem ingressus est, accusator ac reus iuxta invisi gratissimum spectaculum praebebantur. 6, 39 Paconianus in carcere ob carmina illic in principem factitata strangulatus est.

C. Caesari: Caligulae. De 4 versibus, quibus de stellis tractare Paconianus videtur, cf. M. Haupt, Opuscula 3 (1876) p. 336 sq.

Ovidii poetae preces Tiberius sprevit: Pont. 4, 6, 17–20; Teuffel § 247, 4.

Cassium Severum, scriptorem et oratorem, cui Augustus propter eius scripta Italia interdixerat, graviore exsilio punit Tiberius: Tac. ann. 1, 72; 4, 21; eius opera legi patitur Caligula Suet. Cal. 16, 1. Brzoska RE 3, 1746, 4 sqq.

Votieno Montano oratori ob contumelias in Caesarem dictas aqua et igni interdictum est: Tac. ann. 4, 42. Teuffel § 276, 1.

A s i n i u s G a l l u s scriptor et orator omnino non ob scripta sua anno p. Chr. 30 coercitus est: v. Rohden RE 2, 1585, 9 sqq.

L i b r i s S i b y l l i n i s novum addi vetat: Tac. ann. 6, 12 (p. Chr. 32).

Tiberius studiis grammaticis delectatur.

Suet. Tib. 32, 2. Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus venientem eum, ut se extra ordinem audiret, non admiserat ac per servolum suum in septimum diem distulerat. hunc Romae salutandi sui causa pro foribus adstantem nihil amplius quam ut post septimum annum rediret admonuit. Diogenes aliunde notus non est. sabbatis: cf. Casaub. ad hunc locum.

Tac. ann. 4, 58 (p. Chr. 26) (Capreas) profectio arto comitatu fuit: unus senator . . . cui legum peritia; eques Romanus . . . ; ceteri liberalibus studiis praediti, ferme Graeci, quorum sermonibus levaretur.

cf. Suet. Tib. 56 convictores graeculos, quibus vel maxime adquiescebat: infra p. 14, 24.

Suet. Tib. 56. cum soleret ex lectione cotidiana quaestiones super cenam proponere comperissetque Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita praeparatum venire, primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. Seleucus: B. A. Müller RE Seleukos 44.

Suet. Tib. 70, 3. maxime tamen curavit notitiam historiae fabularis usque ad ineptias atque derisum. nam et grammaticos, quod genus hominum praecique, ut diximus, appetebat, eius modi fere quaestionibus experiebatur: quae mater Hecubae, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitae, et quo primum die post excessum Augusti curiam intravit, quasi pietati simul ac religioni satis facturus Minois exemplo ture quidem et vino verum sine tibicine supplicavit, ut ille olim in morte filii. 33 Minois: cf. Toepffer RE Androgeos 1; nonne illa fabula in Euphorionis Μοψοπία narrata esse poterat?

Plut. de defectu orac. 17. Ἐπιθέρσης . . . ἔφη ποτὲ πλέων εἰς Ἰταλίαν ἐπιβῆσαι νεὼς . . . · ἑσπέρας δ' . . . τὴν ναῦν διαφερομένην πλησίον γενέσθαι Παξῶν . . . · ἐξαίφνης δὲ φωνὴν ἀπὸ τῆς νήσου τῶν Παξῶν ἀκουσθῆναι Θαμοῦν τινος βοῇ

καλοῦντος ὥστε θαυμάζειν. ὁ δὲ Θαμοῦς Αἰγύπτιος ἦν κυβερνήτης οὐδὲ τῶν ἐμπλεόντων γνώριμος πολλοῖς ἀπ' ὀνόματος. δὶς μὲν οὖν κληθέντα σιωπῆσαι, τὸ δὲ τρίτον ὑπακοῦσαι τῷ καλοῦντι· κἀκεῖνον ἐπιτείναντα τὴν φωνὴν εἰπεῖν ὅτι „ὅταν γένῃ κατὰ τὸ Παλῶδες, ἀπάγγειλον ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκε". . . . . . ὡς οὖν ἐγένετο κατὰ τὸ Παλῶδες οὔτε πνεύματος ὄντος οὔτε κλύδωνος, ἐκ πρύμνης βλέποντα τὸν Θαμοῦν πρὸς τὴν γῆν εἰπεῖν, ὥσπερ ἤκουσεν, ὅτι „ὁ μέγας Πὰν τέθνηκεν". οὐ φθῆναι δὲ παυσάμενον αὐτὸν καὶ γενέσθαι μέγαν οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ πολλῶν στεναγμὸν ἅμα θαυμασμῷ μεμιγμένον. οἷα δὲ πολλῶν ἀνθρώπων παρόντων ταχὺ τὸν λόγον ἐν Ῥώμῃ σκεδασθῆναι καὶ τὸν Θαμοῦν γενέσθαι μετάπεμπτον ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος. οὕτω δέ πιστεῦσαι τῷ λόγῳ τὸν Τιβέριον, ὥστε διαπυνθάνεσθαι καὶ ζητεῖν περὶ τοῦ Πανός· εἰκάζειν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν φιλολόγους συχνοὺς ὄντας τὸν ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης γεγενημένον.

Plutarchum secutus idem refert Eusebius εὐαγγ. προπαρασκευή 5, 17; illustrat hanc fabulam similibus aliarum regionum fabulis allatis G. A. Gerhard, D. Tod d. gr. Pan, Sitz.-Ber. Heidelb., phil.-hist. Kl., 1915, Abh. 5. 15 ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης: Roscher III Sp. 1380, 8—16.

Diog. Laert. 9, 109. Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ὁ παρ' ἡμῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τοὺς σίλλους ὑπομνημάτων, ἃ προσφωνεῖ Τιβερίῳ Καίσαρι, . . . cf. Wachsmuth, Sillograph. Graec. rel. (1885) p. 31 sq.

Suet. Tib. 70, 2 plerique eruditorum certatim ad eum multa de his (de Euphorione, Rhiano, Parthenio) ediderunt.

Suet. gramm. 23. Q. Remmius Palaemon . . . principem locum inter grammaticos tenuit, quamquam infamis omnibus vitiis palamque et Tiberio et mox Claudio praedicantibus nemini minus institutionem puerorum vel iuvenum committendam esse.

Bibliothecae a Tiberio institutae.

In templo Augusti in aut sub Palatio aedificato Tiberius bibliothecam instituit;
de qua cf. M. Ihm, Die Bibliotheken im alten Rom, Centralblatt für Bibliothekswesen 10 (1893) p. 519. Diatzko RE 3, 418, 48—63. Jung, Geogr. v. Italien u. d. Orbis Romanus, Hdb. d. Altert.wiss. 3, 3 p. 152.

Bibliothecam domus Tiberianae quandam Gell. 13, 20, 1 et Hist. Aug. Prob. 1 commemorant;
cf. Ihm p. 520. Diatzko RE 3, 418, 63—419, 5.

Poetarum imagines Tiberio auctore in bibliothecis publicis collocatae: supra 6, 11 sqq. A clipeis dicandis adulationem repellit: supra 6, 20 sqq.

Tiberius linguae latinae et graecae peritus in re publica solam latinam adhiberi vult.

Suet. Aug. 86, 2. (Augustus) cacozelos et antiquarios ut diverso genere vitiosos pari fastidio sprevit exagitabatque nonnumquam; in primis Maecenatem . . . ; sed nec Tiberio parcit et exoletas interdum et reconditas voces aucupanti.

Suet. Tib. 71. sermone graeco quamquam alioqui promptus et facilis, non tamen usque quaque usus est abstinuitque maxime in senatu, adeo quidem, ut monopolium nominaturus veniam prius postularet, quod sibi verbo peregrino utendum esset.

atque etiam cum in quodam decreto patrum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuit vocem et pro peregrina nostratem requirendam aut, si non reperiretur, vel pluribus vel per ambitum verborum rem enuntiandam.

militem quoque graece testimonium interrogatum nisi latine respondere vetuit.

16 graece: nonne graecum (militem)?

Cass. Dio 57, 15, 2 sq. (p. Chr. 16) ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε . . . χρυσῷ σκεύει μηδένα πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ νομίζειν. ἐπεί τε διηπόρησάν τινες, εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα ἀπηγορευμένον σφίσιν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος ὡς καὶ Ἑλληνικὸν ἐμβληθῆναι καίτοι μὴ ἔχων, ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ. . . .

ἑκατοντάρχον Ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρῆσαί τι ἐθελήσαντος οὐκ ἠνέσχετο καίπερ πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ λεγομένας ἀκούων, πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν· τοῦτό τε οὖν οὐχ ὁμολογούμενον ἔπραξε.

24 ἐμβληθῆναι | „mihi suspectum, an ἐγγραφῆναι?“ Boiss.

29 haud discrepantia fecit Tiberius: si non ab aliis, at certe a centurione linguae latinae usum postulat.

Cass. Dio 57, 17, 1 sq. (p. Chr. 17) ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν νουμηνίαν τινὲς ἀργύριον αὐτῷ προσήνεγκαν, οὔτε ἐδέξατο καί τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθηκε ῥήματί τινι μὴ Λατίνῳ χρησάμενος. ἐνθυμηθεὶς οὖν νυκτὸς περὶ αὐτοῦ πάντας τοὺς τὰ τοιαῦτα ἀκριβοῦντας μετεπέμψατο· πάνυ γὰρ δὴ ἔμελεν αὐτῷ τοῦ καλῶς διαλέγεσθαι. καί τινος Ἀτεΐου Καπίτωνος εἰπόντος ὅτι „εἰ καὶ μηδεὶς πρόσθεν τὸ ὄνομα τοῦτ' ἐφθέγξατο, ἀλλὰ νῦν γε πάντες διὰ σὲ ἐς τὰ ἀρχαῖα αὐτὸ καταριθμήσομεν“, Μάρκελλός τις ὑπολαβὼν ἔφη „σύ, Καῖσαρ, ἀνθρώποις μὲν πολιτείαν Ῥωμαίων δύνασαι

δοῦναι, ῥήμασι δὲ οὔ." ἐκεῖνον μὲν οὖν οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ κακὸν καίπερ ἀκρατῶς παρρησιασάμενον ἔδρασε.

Μάρκελλός Xyl. / πόρκελλος M Xiph.

Suet. gramm. 22. M. Pomponius Marcellus, sermonis latini exactor molestissimus, . . . cum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Ateio Capitone et esse illud latinum et, si non esset, futurum certe iam inde „mentitur" inquit „Capito; tu enim, Caesar, civitatem dare potes hominibus, verbo non potes".

Plin. nat. 26,9. . . . colum. Ti. Caesaris principatu inrepsit id malum, nec quisquam id prior imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, cum in edicto eius excusantis valetudinem legeret nomen incognitum.

colum: Kolik, cf. Thes l. l. 3, 1696, 5—22; hoc morbi nomen aut ipso Tiberio aut, quod est magis veri simile, medico eius auctore in hoc edictum irrepsit.

Tiberius graeca poemata legit et facit: cf. p. 6, 10 sqq.
Graecis verbis et proverbiis saepe utitur: passim.

Tac. ann. 3, 65 (p. Chr. 22) memoriae proditur Tiberium, quotiens curia egrederetur, graecis verbis in hunc modum eloqui solitum „o homines ad servitutem paratos!"

„o homines . . ." ita fere „φεῦ τῶν ἐθελοδούλων!" vel „ὦ ἄνθρωποι ἐθελόδουλοι!" cf. Thes. l. gr.

Suet. Tib. 56. nihilo lenior in convictores graeculos, quibus vel maxime adquiescebat, Xenonem quendam exquisitius sermocinantem cum interrogasset, quaenam illa tam molesta dialectos esset, et ille respondisset Doridem, relegavit Cinariam existimans exprobratum sibi veterem secessum, quod dorice Rhodii loquantur.

molesta: cf. Prob. Verg. ecl. praef. 327, 1 ut Doris dialectos . . . rustica habeatur.

De Tiberii eloquentia.

Suet. Tib. 57, 1. saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit. quam Theodorus Gadareus rhetoricae praeceptor et perspexisse primus sagaciter et assimulasse aptissime visus est subinde in obiurgando appellans eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, id est lutum a sanguine maceratum.

πεφυραμένον: cf. Casaub. ad locum (p. 43).

Suid. Θεόδωρος, Γαδαρεύς, σοφιστής, ἀπὸ δούλων, διδάσκαλος γεγονὼς Τιβερίου Καίσαρος. ἐπεὶ δὲ συνεκρίθη περὶ σοφι-

στικῆς ἀγωνισάμενος Ποτάμωνι καὶ Ἀντιπάτρῳ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, . . .

Quint. inst. 3, 1, 17. . . . Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium. quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Caesar.

Sen. suas. 3, 7. apud Caesarem cum mentio esset de ingenio Hateri, (Gallio) consuetudine prolapsus dixit „et ille erat ‚plena deo'." quaerenti deinde, quid hoc esse vellet, versum Vergilii rettulit et quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset et numquam postea potuisset excidere. Tiberius ipse Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio; itaque delectatus est fabula Gallionis.

8 versus huius Vergiliani nobis non noti subiectum fuisse videtur „omnia" velut ecl. 3, 60, georg. 2, 4; si non verbotenus e Vergilio illud „plena deo" sumptum esse putes, de ipso versu georg. 2, 4 cogitare liceat. 10 sq. excidisset — excidere: Gallio declamator hic apud Tiberium τρόπον dicendi adhibet, cum utroque sensu verbi „excidere" utatur sic: illud „plena deo" postquam semel ex ore excidit, numquam memoria excidere poterat. de hoc Senecae loco cf. Gerth RE Iunius 77, Sp. 1037, 18—43. de Iunio Gallione postea a Tiberio punito cf. Tac ann. 6, 3; Dio 58, 18, 3 sq.

ad 14, 33 sqq. quando Tiberius Theodorum audivit? Gelzer RE 10, 481, 48 – 60 e Suet. Tib. 11, 1 et e Quintiliani et Damascii verbis hic (3—5; 43 sqq.) allatis intellegit Tiberium Tigrane diademate ornato anno 20./19. diutius Rhodi mansisse, ut audiret Theodorum. nonne Tiberius puer Romae, per secessum annorum a. Chr. n. 6. usque ad p. Chr. n. 2. Rhodi Theodorum audivit? 1) Theodorum Romae declamavisse Suid. testatur, quod certamen circa annum a. Chr. n. 29. fuisse Cichorius, Rom u. Mytilene p. 62 sq., censet. 2) neque anno 20./19. Tiberius 22 annos natus puer erat neque is, qui modo Armeniae regem constituerat, eis verbis obiurgari poterat, quae Suet. 57, 1 refert. 3) omen illud a Damascio relatum anno 20./19., cum Marcello mortuo Tiberius proximus Augusto esset, multo minoris erat quam cum annis a. Chr. 6. / p. Chr. 2 longe a principatu abesse videretur. 4) obstat Damascii „μειρακίῳ", nisi forte e discendo aetatem coniecit Dam. aut Plut. de Theodoro cf. PIR T 119; Christ, Gesch. d. grch. Lit. II 1, 1911, p. 351 sq.

Suet. Tib. 11, 3 (Rhodi). cum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas graviore iurgio non defuit, qui eum intervenientem et quasi studiosiorem partis alterius convicio incesseret. sensim itaque regressus domum repente cum apparitoribus prodiit citatumque pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi iussit in carcerem.

Damasc., vita Isid. c. 64. Τιβερίῳ ὄνος, ὥς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεύς φησιν, ἔτι μειρακίῳ ὄντι καὶ ἐν Ῥόδῳ ἐπὶ λόγοις ῥητορικοῖς διατρίβοντι τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ παθήματος

διὰ τοῦ ψηχόμενος σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ σώματος . . . ἀφιέναι) προεμήνυσεν. Πλούταρχος: apud Plutarchum non legitur.

Suet. Tib. 70, 1. in oratione latina secutus est Corvinum Messallam, quem senem adulescens observarat. sed adfectatione et morositate nimia obscurabat stilum, ut aliquanto ex tempore quam a cura praestantior haberetur.
de Messallae Corvini dicendi genere cf. Teuffel II (1920) § 222.

Aur. Vict. Caes. 2, 1. ingenio ad repentina longe acriore.

Ps. Aur. Vict. epit. 2, 4 sq. eloquio clarior, sed ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso, simulans ea se velle, quae nollet; repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis.

Tac. ann. 13, 3. Tiberius artem quoque (eloquentiae) callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus aut consulto ambiguus.

Tac. ann. 1, 11 (p. Chr. 14). Tiberio etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura sive adsuetudine suspensa semper et obscura verba. tunc vero nitenti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur.
Dio 57, 1, 1 sq. et alias, item Suidas 2, 1116, 6—10 Bernh. de voluntate verbis occultata dicit, qui usus tamen magis ad artem regendi quam loquendi pertinet.

Tac. ann. 1, 33. nam iuveni (Germanico) civile ingenium, mira comitas et diversa a Tiberii sermone vultu adrogantibus et obscuris.

Tac. ann. 4, 31 (p. Chr. 24) quin ipse, compositus alias et velut eluctantium verborum, solutius promptiuspue eloquebatur, quotiens subveniret.

Fronto p. 123 N. Augustum vero saeculi residua elegantia et latinae linguae etiam tum integro lepore potius quam dicendi ubertate praeditum puto, post Augustum nonnihil reliquiarum iam et vietarum et tabescentium Tiberio illi superfuisse.
residua elegantia Niebuhr / residui eleganter cod.

Aur. Vict. Caes. 8, 7. hi omnes, quos paucis attigi (ab Augusto usque ad Vitellium), praecipueque Caesarum gens adeo litteris culti atque eloquentia fuere, ut, ni cunctis vitiis absque Augusto nimii forent, tantae artes profecto texissent modica flagitia.
ad verbum idem Ps. Aur. Vict. epit. 8, 6.

Dio 57, 17, 2: supra p. 13, 38 πάνυ γὰρ δὴ ἔμελεν αὐτῷ τοῦ καλῶς διαλέγεσθαι.

Orationes a Tiberio habitae

Ti. Claudio Neroni patri.

Suet. Tib. 6, 4. novem natus annos defunctum patrem pro rostris laudavit. a. Chr. 33 aut 32: Gelzer RE 10, 478, 65.

Neroni Claudio Druso fratri.

Dio 55, 2, 2 (a. Chr. 9). καὶ αὐτοῦ (τοῦ Δρούσου) ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντος διπλοῦς ὁ ἐπιτάφιος ἐλέχθη· ὅ τε γὰρ Τιβέριος ἐνταῦθα αὐτὸν ἐπῄνεσε καὶ ὁ Αὔγουστος ἐν τῷ Φλαμινίῳ ἱπποδρόμῳ. Fitzler-Seeck RE 10, 361, 15—23 demonstrant, non Augustum, sed Tiberium in circo Flaminio Drusum laudavisse, cum Tiberio ovaturo urbem intrare non liceret.

imperatori Augusto.

Suet. Aug. 100, 3. (Augustus) bifariam laudatus est: pro aede divi Iuli a Tiberio et pro rostris veteribus a Druso Tiberi filio.

Dio 56, 34, 4 sq. (p. Chr. 14). προτεθείσης δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημηγορικοῦ βήματος ἀπὸ μὲν ἐκείνου ὁ Δροῦσός τι ἀνέγνω, ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν Ἰουλιείων ὁ Τιβέριος δημόσιον δή τινα κατὰ δόγμα λόγον ἐπ' αὐτῷ τοιόνδε ἐπελέξατο· „ὅσα μὲν ἰδίᾳ καὶ παρὰ τῶν συγγενῶν ἐπὶ τῷ θείῳ ἐκείνῳ Αὐγούστῳ λεχθῆναι ἔδει, Δροῦσος εἴρηκεν· ἐπειδὴ δὲ καὶ δημοσίας τρόπον τινὰ φωνῆς ἡ γερουσία καλῶς ποιοῦσα ἠξίωσεν αὐτόν, οἶδα μὲν προσήκοντα ἐμαυτῷ τὸν λόγον τόνδε ἐπιτραπείς . . . ea laudatio a Tiberio ut imperatore, non ut homine privato habita continetur capitibus 35—41.

Druso Iulio Caesari filio.

Sen. dial. 6, 15, 3. Ti. Caesar . . . pro rostris laudavit filium stetitque in conspectu posito corpore interiecto tantummodo velamento . . . et flente populo Romano non flexit vultum.

Tac. ann. 4, 12 (p. Chr. 23). . . laudante filium pro rostris Tiberio . . .

Dio 57, 22, 4a (Zon. 11, 2). ὁ μὲν οὖν οὕτως διώλετο, ὁ δέ γε Τιβέριος εἰς τὸ συνέδριον ἀφικόμενος ἐκεῖνόν τε ἀπωδύρατο, καὶ τὸν Νέρωνα τόν τε Δροῦσον τοὺς τοῦ Γερμανικοῦ παῖδας τῇ γερουσίᾳ παρακατέθετο, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Δρούσου προυτέθη ἐπὶ τοῦ βήματος, καὶ ὁ Νέρων γαμβρὸς αὐτοῦ ὢν ἐπαίνους ἐπ' αὐτῷ εἶπεν. Νέρων γαμβρὸς: aut Dio-Zonaras omnino errat aut Drusus bis laudatus est sicut Drusus Tiberii frater et Augustus.

familiari cuidam.

Dio 57, 11, 7 (p. Chr. 14) τοῖς τε ἑταίροις ὡς καὶ ἐν ἰδιωτείᾳ συνῆν· . . . καὶ ἐφ' ἑνί γέ τινι αὐτῶν τελευτήσαντι τὸν ἐπιτάφιον αὐτὸς εἶπε.

Artem rhetoricam Tiberium conscripsisse Suidas falso videtur referre: cf. infra p. 25.

In sermone libenter imaginibus utitur Tiberius.

Suet. Tib. 25, 1 (p. Chr. 14). cunctandi (ad rem p. suscipiendam) causa erat metus undique imminentium discriminum, ut saepe lupum se auribus tenere diceret.

proverbium est: cf. Ter. Phorm. 506 sq. „immo, id quod aiunt, auribus teneo lupum; nam neque quo pacto a me amittam neque uti retineam scio". Polyb. 30, 20, 9.

Dio 57, 10, 5 (p. Chr. 14) οὔτε γὰρ ἀπέκτεινε χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, οὔτε οὐσίαν τινὸς τότε γε ἐδήμευσεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἐπηρείας τι ἠργυρολόγησεν. Αἰμιλίῳ γοῦν Ῥήκτῳ χρήματά ποτε αὐτῷ πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἧς ἦρχε, πέμψαντι ἀντεπέστειλεν ὅτι „κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι". Aemilius Rectus RE 1, 582, 19—24.

Suet. Tib. 32, 2. praesidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.

Suid. Τιβέριος 2, 2, 1116, 10—12. τοὺς περισσὰ ἐπαίροντας ἄρχοντας ἐκόλαζε λέγων „κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐ ξυρᾶσθαι βούλομαι". idem legitur Oros. hist 7, 4. hanc Tiberii imaginem posteri proverbii loco adhibebant: cf. A. Otto, Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer (1890) p. 267 „pastor".

Ios. ant. 18, 174. (Capreis cur neque legationes statim ad se admitteret neque provinciarum praefectos saepius commutaret hac imagine explanavit:) παράδειγμά τ' αὐτοῖς φησι τοῦτον τὸν λόγον. τραυματίᾳ τινὶ κειμένῳ μυῖαι κατὰ πλῆθος τὰς ὠτειλὰς περιέστασαν· καί τις τῶν παρατυχόντων οἰκτείρας αὐτοῦ τὴν δυστυχίαν καὶ νομίσας ἀδυναμίᾳ μὴ βοηθεῖν οἷός τε ἦν ἀποσοβεῖν αὐτὰς παραστὰς καὶ δεομένου παύσασθαι τῶν ἐπὶ τοιοῖσδε ὑπολαβὼν ἤρετο τὴν αἰτίαν τοῦ ἀπρομηθοῦς εἰς τὴν διαφυγὴν κακοῦ τοῦ ἐφεστηκότος. καὶ ὅς „μειζόνως γὰρ ἂν ἀδικοίης με" εἶπε „ταύτας ἀπαγαγών. ταῖς μὲν γὰρ ἤδη πληρωθείσαις τοῦ αἵματος οὐκέθ' ὁμοίως ἔπειξις ὄχλον μοι παρασχεῖν, ἀλλά πῃ καὶ ἀνίσχουσιν· αἱ δ' ἀκραιφνεῖς τῷ κατ' αὐτὰς λιμῷ συνελθοῦσαι καὶ τετρυμένον ἤδη παραλαμβάνουσαι κἂν ὀλέθρῳ παραδοῖεν".

Tac. ann. 6,46 (p. Chr. 37; Tiberius) Macroni non ab=dita ambage occidentem ab eo deseri, orientem spectari exprobravit.

Dio 58, 28, 3 sq. (p. Chr. 37; Γάιος) ἀπέπνιξεν αὐτόν (τὸν Τιβέριον), συναραμένου πῇ αὐτῷ καὶ τοῦ Μάκρωνος· ἅτε γὰρ κακῶς ἤδη τοῦ Τιβερίου νοσοῦντος τὸν νεανίσκον ἐθεράπευε, καὶ μάλιστα ὅτι ἐς ἔρωτα αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Ἐννίας Θρασύλλης προϋπῆκτο. ὅπερ καὶ ὁ Τιβέριος ὑποπτεύσας ποτὲ „εὖ γε“ ἔφη „τὸν δυόμενον ἐγκαταλιπὼν πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα ἐπείγῃ“.

Tiberius philosophiae studiosus.

Lucian. macrob. c. 21. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα (ἐβίωσεν). Νέστωρ: PIR N 54.

Astrologiae studet magistro Thrasyllo.

Tac. ann. 6, 20 sq. (p. Chr. 33). non omiserim praesa=gium Tiberii de Servio Galba tum consule. quem accitum et diversis sermonibus pertemptatum postremo graecis verbis in hanc sententiam adlocutus est: et tu, Galba, quandoque degustabis imperium, seram ac brevem poten=tiam significans, scienta Chaldaeorum artis, cuius api=scendae otium aput Rhodum, magistrum Thrasullum ha=buit, peritiam eius hoc modo expertus. quotiens super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. is litterarum ignarus, corpore valido, per avia et derupta — nam saxis domus imminet — praeibat eum, cuius artem experiri Tiberius statuisset, et regre=dientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subiectum mare praecipitabat, ne index arcani existeret. igitur Thrasullus isdem rupibus inductus, postquam per=cunctantem commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatur, an suam quoque genitalem ho=ram comperisset; quem tum annum, qualem diem haberet. ille positus siderum ac spatia dimensus haerere primo, dein pavescere, et quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat ambi=guum sibi ac prope ultimum discrimen instare. tum com=plexus eum Tiberius praescium periculorum et incolumem fore gratatur, quaeque dixerat, oracli vice accipiens inter intimos amicorum tenet. — et tu, Galba . . . cf. Ios. ant. 18, 6, 9. Suet. Galba 4, 2 falso non de Tiberio, sed de Augusto.

Dio 57, 19, 4 (p. Chr. 20) οὕτω δ' οὖν τὸ πεπρωμένον ἑκάστῳ τῶν πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίστατο ὥστε καὶ τῷ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι ἀπαντήσας γυναῖκα ἐγγεγυημένῳ εἰπεῖν ὅτι „καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας γεύσῃ". ἐφείσατο γὰρ αὐτοῦ, ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, ὅτι καὶ τοῦτ' αὐτῷ εἱμαρμένον ἦν, ὡς δ' αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι καὶ ἐν γήρᾳ καὶ μετὰ πολὺ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἄρξοι. K. Scott, Herm. 67 (1932) p. 471—3.

Suet. Tib. 14, 4 (Rhodi). Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae professorem contubernio admoverat, tum maxime expertus est affirmantem nave provisa gaudium afferri, cum quidem illum durius et contra praedicta cadentibus rebus ut falsum et secretorum temere conscium eo ipso momento, dum spatiatur una, praecipitare in mare destinasset.

Dio 55, 11 (p. Chr. 3; ὁ Τιβέριος) αὐτός τε γὰρ ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὢν καὶ Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις (τῷ τε Γαΐῳ καὶ Λουκίῳ) πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο· καὶ λόγον γε ἔχει ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει, ὤσειν, οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησε σκυθρωπάσαντα αὐτὸν ἰδών, οὔτι γε καὶ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι ἐπερωτηθεὶς διὰ τί συννένοφε, κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν οἱ γενήσεσθαι ἔφη· θαυμάσας γὰρ ὅτι καὶ τὴν μέλλησιν τῆς ἐπιβουλῆς ⟨προεῖδεν⟩, φυλάξαι αὐτὸν ἑαυτῷ διὰ τὰς ἐλπίδας ἠθέλησεν. οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς τὴν Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον πόρρωθεν κατιδὼν προσπλέον προειπεῖν αὐτῷ, ἃ ἀγγέλλειν ἔμελλε.

18 φυλάξαι — 22 ἔμελλε Zon. 10, 36 (in M post ἐπιβουλῆς duo folia desunt).

Exc. Anonymi Byzantini fortasse e Dione sumpta: Dio ed. Melber 3 p. 185 διαπληκτιζομένων ποτὲ Γαΐου τοῦ υἱοῦ Γερμανικοῦ καὶ Τιβερείου τοῦ υἱοῦ Τιβερίου ἔφη πρὸς Γάιον ὁ Τιβέρειος· τί σπουδάζεις; καὶ σὺ τοῦτον φονεύσεις καὶ ἄλλος σέ.

E somnio quodam suo Tiberius astrologos necat aut ex urbe pellit: Dio 57, 15, 7 sqq.

Schol. Iuv. 6, 576. Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae ac deinde mathesi. qua praecipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore eiusdem artis artissima familiaritate vixit.

Cetera testimonia. Thrasyllus Tiberii comes: Suet. Aug. 98, 4. Dio 57, 15, 7 τῷ τε Θρασύλλῳ ἀεὶ συνὼν καὶ μαντείᾳ τινὶ

καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος. Iulian. epist. ad Them. p. 265 c d (Sp.). Themist. or. 5 p. 75 sq. (Dind.); 11 p. 173; 36 p. 451. Cum Augusto quoque versatur: Suet. Aug. 98, 4. Themist. or. 8 p. 129. Thrasyllus Tiberium, ut senem confirmet, futura celat vel falsa praedicit: Suet. Tib. 62, 3; Suet. Cal. 19, 3. Dio 58, 27, 2 sq. Exc. Anon. Byz. in Dio ed. Melber 3 p. 185 (ἄλλο γ). CIL III p. 7107: cf. Nipp.-Andresen ad Tac. ann. 6, 20. de Thrasyllo Tiberii astrologo cf. Cichorius, Röm. Stud. p. 390—398.

Tiberii scripta.

Conquestio de morte L. Caesaris.

Suet. Tib. 70, 2. composuit et carmen lyricum, cuius est titulus „Conquestio de morte L. Caesaris."

conquaesitio M, alii L. Caesar † 20. VIII. p. Chr. 2.

Graeca poemata.

Suet. Tib. 70, 2. fecit et graeca poemata imitatus Euphorionem et Rhianum et Parthenium. cf. p. 6, 11 sqq.

Epigrammata.

Suid. K 1198 (Adler) Καῖσαρ Τιβέριος· ἔγραψεν ἐπιγράμματα καὶ τέχνην ῥητορικήν.

τέχν. ῥητ.: errare videtur Suidas, cf. infra p. 25.

Plin. epist. 5, 3, 2 et 5. facio nonnumquam versiculos severos parum, facio, nam et comoedias audio et specto mimos et lyricos lego et sotadicos intellego. . . . an ego verear . . . ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium, . . . divum Iulium, divum Augustum, divum Nervam, Tiberium Caesarem?

De vita sua commentarius.

Suet. Tib. 61, 1. commentario, quem de vita sua summatim breviterque composuit, ausus est scribere Seianum se punisse, quod comperisset furere adversus liberos Germanici filii sui. quorum ipse alterum suspecto iam, alterum oppresso demum Seiano interemit.

de Tiberii commentario optime Cichorius, Röm. Stud. p. 388—390.

Suet. Dom. 20. praeter commentarios et acta Tiberii Caesaris nihil lectitabat.

horum commentariorum genus non constat; Peter, Hist. Rom.[2] Frgm. 2 p. CXVIIII „a ‚vita' diversi erant atque, quaecumque in commentando priusquam ageretur descripta erant, complectebantur (cf. Tac. ann. 13, 43; hist. 4, 40)". cf. Premerstein RE 4, 736, 25 sqq.

ad Augustum.

Suet. Aug. 51, 2 sq. cum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime obiceretur, quod male opinari de Caesare soleret, . . . Tiberio quoque de eadem re sed violentius apud se per epistulam conquerenti ita rescripsit: „aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indulgere et nimium indignari quemquam esse, qui de me male loquatur. satis enim est, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit."

aetati / iaetati M / pietati δ (Bentley).

Suet. Tib. 11, 4. comperit deinde Iuliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam repudiumque ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum. et quamquam laetus nuntio, tamen officii duxit, quantum in se esset exorare filiae patrem frequentibus litteris et vel utcumque meritae, quidquid umquam dono dedisset, concedere.

dono / dona M epistula Rhodo Romam missa exeunte anno a. Chr. n. 2: Gardth. II p. 717 sq.

Suet. Tib. 10. (Tiberius Rhodum secedere statuit). quidam existimant, adultis iam Augusti liberis, loco et quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse exemplo M. Agrippae, qui M. Marcello ad munera publica admoto Mytilenas abierit, ne aut obstare aut obtrectare praesens videretur. quam causam et ipse, sed postea, reddidit.

Suet. Tib. 11, 5. transacto autem tribuniciae potestatis tempore confessus tandem nihil aliud secessu devitasse se quam aemulationis cum C. Lucioque suspicionem petit, ut sibi securo iam ab hac parte conroboratis his et secundum locum facile tutantibus permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. sed neque impetravit ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset.

transacta est trib. potestas anno a. Chr. n. 2: Gelzer RE 10, 486, 42 sq.

Suet. Tib. 12, 3 (venit in suspicionem Rhodi novis rebus studere). de qua suspicione certior ab Augusto factus non cessavit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis.

Suet. Tib. 13. . . . contemptior in dies et invisior, adeo ut . . . extiterit, qui Gaio polliceretur confestim se, si iuberet, Rhodum navigaturum caputque exulis . . . rela=

turum. quo praecipue non iam metu, sed discrimine coactus est tam suis quam matris impensissimis precibus reditum expostulare, impetravitque . . . tam | quam MGIIR revocatus est Tiberius p. Chr. 2: Gelzer RE 10, 487, 34 sqq.

Suet. Aug. 40, 3. (Augustus) civitates Romanas parcissime dedit . . . Tiberio pro cliente Graeco petenti rescripsit non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam iustas petendi causas haberet.

ad Claudium.

Suet. Claud. 5. Tiberius patruus (Claudio) petenti honores consularia ornamenta detulit; sed instantius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria misisse ei.

sigillaria L^{2} recent. | sigillari rel. Sigillaria: Nilsson RE s. v. Saturnalia 204, 64 — 205, 23 et Kloß RE s. v. Sigillaria.

ad Germanicum

Dio 57, 6, 2 (p. Chr. 14). καὶ ὁ μὲν (Γερμανικὸς) δυνηθεὶς ἂν τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβεῖν . . . οὐκ ἠθέλησε· Τιβέριος δὲ ἐπῄνεσε μὲν αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ καὶ πολλὰ καὶ κεχαρισμένα καὶ ἐκείνῳ καὶ τῇ Ἀγριππίνῃ ἐπέστειλεν, οὐ μέντοι καὶ ἥσθη οἷς ἔπραξεν, ἀλλὰ . . . ἔδεισεν.

Tiberius Roma in Germaniam scripsit.

Tac. ann. 2, 26 (p. Chr. 16). crebris epistulis Tiberius (Germanicum) monebat, rediret ad decretum triumphum. satis iam eventuum, satis casuum. prospera illi et magna proelia. eorum quoque meminisset, quae venti et fluctus nulla ducis culpa, gravia tamen et saeva damna intulissent. se novies a divo Augusto in Germaniam missum plura consilio quam vi perfecisse. sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Suebos regemque Maroboduum pace obstrictum. posse et Cheruscos ceterasque rebellium gentes, quoniam Romanae ultioni consultum esset, internis discordiis relinqui.

precante Germanico annum efficiendis coeptis acrius modestiam eius adgreditur alterum consulatum offerendo, cuius munia praesens obiret. simul adnectebat, si foret adhuc bellandum, relinqueret materiam Drusi fratris gloriae, qui nullo tum alio hoste non nisi aput Germanias adsequi nomen imperatorium et deportare lauream posset. haud cunctatus est ultra Germanicus . . .

32 consultum esset Muret | sit Otto | est cod. Kroll RE 10, 449, 56—450, 29.

Tac. ann. 2, 59 (p. Chr. 19). M. Silano L. Norbano consulibus Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis; sed cura provinciae praetendebatur, levavitque apertis horreis pretia frugum multaque in vulgus grata usurpavit: sine milite incedere, pedibus intectis et pari cum Graecis amictu, P. Scipionis aemulatione . . . Tiberius cultu habituque eius lenibus verbis perstricto acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti non sponte principis Alexandriam introisset.

cf. Cichorius, Röm. Stud. (1922) p. 375—388. Wilcken, Herm. 63 (1928) p. 48—65.

ad L. Pomponium Flaccum et ad L. Pisonem.

Suet. Tib. 42, 1. cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit, quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam urbis confestim detulit, codicillis quoque iucundissimos et omnium horarum amicos professus.

L. Pomponius Flaccus: cos. 17, legatus Syriae, † circa a. 33. PIR P 538. L. Calpurnius Piso, filius Gnaei, qui Germanico mortuo accusatus p. Chr. 20 se necavit; cos. 27, praef. urbi 36/37. Groag RE 3, 1383 sq. C. 76.

ad Rhodiensem hospitem.

Suet. Tib. 62, 1. ut tandem (filium suum Drusum) veneno interemptum cognovit, neque tormentis neque supplicio cuiusquam pepercit, soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus litteris Romam evocarat, advenisse sibi nuntiatum torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset . . .

evocarat codd. recent. (Beroald.) | evocabat Ω.

de omnibus Tiberii epistulis.

Suet. Tib. 26, 2. ne Augusti quidem nomen quamquam hereditarium nullis nisi ad reges ac dynastas epistulis addidit. cf. Dio 57, 8, 1 sq.

Ex incerto Tiberii scripto.

Char. gramm. 2, 209 Keil (2, 271 Barw.; Aug. fr. 33 Malcov.) divus Augustus reprehendens Ti. Claudium ita loquitur: „scribis enim perviam ἀντὶ τοῦ obiter".

Augustum verbum Tiberii, non Claudii quem vocamus notare suadet Suetonii locus Suet. Aug. 86, 2 supra p. 13, 3 sqq.

Ars rhetorica Tiberio falso assignata.

Suidas K 1198 (Adler) Καῖσαρ Τιβέριος· ἔγραψεν ἐπιγράμματα καὶ τέχνην ῥητορικήν. Bernh. II p. 187 „artem rhetoricam non dubito ad Tiberium rhetorem referre". Tiberii rhetoris περὶ τῶν παρὰ Δημοσθένει σχημάτων Rhet. Graeci ed. Spengel 3, 57 sqq; alii libri eius enumerantur Suid. II 1114 sq. Bernh. s. v. Τιβέριος φιλόσοφος καὶ σοφίστης, antequam incipit Τιβέριος Καῖσαρ.

Gaius Caligula.

Quae scripta, quos scriptores Caligula probaverit, quos spreverit.

Poetarum verba affert.

Suet. Cal. 22, 1 cum audiret forte reges, qui officii causa in urbem advenerant, concertantis apud se super cenam de nobilitate generis, exclamavit „εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς". Il. B 204 sq.

Sen. dial. 3, 20, 8 C. Caesar, qui iratus caelo . . . ad pugnam vocavit Iovem et quidem sine missione Homericum illum exclamans versum „ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ".
Suet. Cal. 22, 4 et Dio 59, 28, 6 idem referunt. Il. Ψ 724.

Suet. Cal. 30, 1 tragicum illud subinde iactabat „oderint, dum metuant". cf. p. 5 ad Suet. Tib. 59, 2.

Suet. Cal. 45, 2 monuit etiam (commilitones, quibuscum ad Rhenum tum cenabat) notissimo Vergili versu, durarent secundisque se rebus servarent. Aen. 1, 207.

Philo leg. ad Gaium 165 τὴν περὶ τὰς (ἐν Ἀλεξανδρείᾳ θείας) προσευχὰς νεωτεροποιίαν ἀπὸ καθαροῦ τοῦ συνειδότος καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀκραιφνοῦς τιμῆς ᾤετο γεγενῆσθαι, τῇ μὲν ταῖς ὑπομνηματικαῖς ἐφημερίσιν, ἃς ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας διεπέμποντό τινες, προσέχων — ἥδιστον γὰρ ἦν ἀνάγνωσμα τοῦτο αὐτῷ, ὡς καὶ τὰ τῶν ἄλλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν ἀηδέστατα συγκρίσει τῆς ἐν τούτοις χάριτος νομίζεσθαι —, τῇ δὲ καὶ δι' ἐνίους οἰκέτας τοὺς τωθάζοντας ἀεὶ καὶ χλευάζοντας σὺν αὐτῷ.

Haec acta Alexandrina non solum facta rettulisse, sed facetias quoque et lascivas fabulas complexa esse videntur: Immisch.

Suet. Cal. 16, 1 Titi Labieni, Cordi Cremuti, Cassi Severi scripta senatus consultis abolita requiri et esse in manibus lectitarique permisit, quando maxime sua interesset, ut facta quaeque posteris tradantur.

T. Labieni scripta Augusto imperatore combusta sunt: Sen. controv. 10 praef. 4—8; Cordi Cremuti: supra p. 8 sq.; Cassi Severi: Tac. a. 1, 72; 4, 21. supra p. 10. Peter, Geschichtl. Lit. über die römische Kaiserzeit I p. 295 sqq.

Suet. Cal. 34, 2 cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis, cur enim sibi non licere dicens, quod Platoni licuisset, qui eum e civitate, quam constituebat, eiecerit. sed et Vergili ac Titi Livi scripta et imagines paulum afuit quin ex omnibus bibliothecis amoveret, quorum alterum ut nullius ingenii minimaeque doctrinae, alterum ut verbosum in historia neglegentemque carpebat.

minimaeque | nimiaeque C. Peter. Birt, D. ant. Buchwesen (1882) p. 368. Willrich Klio 3 p. 466 et 462 sq. Dessau II (1926) p. 111.

Suet. Cal. 27, 4 Atellanae poetam ob ambigui ioci versiculum media amphitheatri harena igni cremavit.

ioci M² | loci codd. cet.

Suet. Cal. 23, 1 Agrippae se nepotem neque credi neque dici ob ignobilitatem eius volebat suscensebatque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Caesarum insererent. praedicabat autem matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia admisisset, procreatam.

Agrippa (cum Iulia) — Agrippina (cum Germanico) — C. Caligula. Caesarum: Gai et Luci, Iuliae et M. Vipsanii Agrippae filiorum.

Inter coniuratos anni 39 capite damnatur C. Cornelius Lentulus Gaetulicus poeta: Dio 59, 22, 5.

Stein et Skutsch RE 4, 1385 sq. Teuffel § 291, 1. Dessau II p. 127 sq.

Sen. benef. 7, 11, 1 itaque cum ⟨C.⟩ Caesar illi (= Demetrio Phalereo philosopho) ducenta donaret, ridens reiecit ne dignam quidem summam iudicans, qua non accepta gloriaretur. v. Arnim RE 4, 2843. Zeller-Wellmann III 2 (1909) p. 794—6. Gelzer RE 10, 388, 29—32 non nisi initio principatus Caligulam talia toleravisse e Dionis loco 59, 20, 6 colligit.

Dio 59, 20, 6 (p. Chr. 39) οὕτω δὲ δὴ τὸ σύμπαν καὶ βάσκανος καὶ ὕποπτος πρὸς πάντα ὁμοίως ἦν, ὥστε καὶ Καρρίναν Σεκοῦνδον ῥήτορα φυγαδεῦσαί ποτε, ὅτι λόγον τινὰ ἐν γυμνασίᾳ κατὰ τυράννων εἶπεν.

De Caligulae eloquentia.

Ios. ant. Iud. 19, 208—210 ῥήτωρ τ' ἄριστος καὶ γλώττῃ τῇ θ' Ἑλληνίδι καὶ τῇ Ῥωμαίοις πατρίῳ σφόδρ' ἠσκημένος, συνίει τ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα καὶ τοῖς ὑφ' ἑτέρων συντεθεῖσί τε καὶ ἐκ πλείονος προσυγκειμένοις ἀντειπὼν ἐκ τοῦ ὀξέος φανῆναι πιθανώτερος ἐν μεγίστῳ πράγματι παρ' ὁντινοῦν εἰς τοῦτο γενόμενος, εὐκολίᾳ τ' εἰς αὐτὸ τῆς φύσεως καὶ τῷ εἰς ἰσχὺν αὐτῇ

προσλαβεῖν μελέτην τοῦ ἐπιπονεῖν. ἀδελφοῦ γὰρ παιδὸς υἱεῖ γεγονότι Τιβερίου, οὗ καὶ διάδοχος γίγνεται, μέγ' ἀνάγκασμα παιδείας ἀντέχεσθαι διὰ τὸ καὶ αὐτὸς εἰς τὰ πρῶτα ἐν αὐτῇ κατορθῶν διαπρέπειν, καὶ συνεφιλοκάλει Γάιος, συγγενοῦς τ' ἀνδρὸς καὶ ἡγεμόνος εἴκων ἐπιστολαῖς. ἐπρώτευσέ τε τῶν καθ' αὑτὸν πολιτῶν, οὐ μὴν ἀντισχεῖν οἷά τ' ἐγένετ' αὐτῷ τὰ ἐκ τῆς παιδείας συλλεγέντα ἀγαθὰ πρὸς τὸν ἐπελθόντα ὄλεθρον αὐτῷ ὑπὸ τῆς ἐξουσίας. initium verbotenus repetitum in Exc. Planud. (Dio ed. Dind. V p. 236, 11—13).

Ios. ant. 18, 206 (p. Chr. 37) Γάιος . . . νεανίας τ' ἤδη καὶ παιδείαν ἐκπεπονηκὼς ἐπὶ πλεῖστον. Willrich, Klio III p. 99, commonet necessitudines, quibus Antonia avia cum compluribus regibus Graecis iuncta erat.

Tac. ann. 13, 3 etiam C. Caesaris turbata mens vim dicendi non corrupit.

Suet. Cal. 53. ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit, quantumvis facundus et promptus, utique si perorandum in aliquem esset. irato et verba et sententiae suppetebant, pronuntiatio quoque et vox, ut neque eodem loci prae ardore consisteret et exaudiretur a procul stantibus. peroraturus stricturum se lucubrationis suae telum minabatur, lenius comptiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem commissuras meras componere et harenam esse sine calce diceret. solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere et magnorum in senatu reorum accusationes defensionesque meditari ac, prout stilus cesserat, vel onerare sententia sua quemque vel sublevare, equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta. 24 commissuras Stroux Philol. 86 (1931) p. 349—355 | commissiones codd.

Aur. Vict. Caes. 8, 7: supra p. 5, 8 sqq.

Fronto p. 123 N (II 138 Haines) (post Tiberium) imperatores autem deinceps ad Vespasianum usque eiusmodi omnes, ut non minus verborum puderet quam pigeret morum et misereret facinorum. . . . quis eorum oratione sua aut senatum adfari, quis edictum, quis epistulam suismet verbis componere potuit? His Frontonis verbis fidem derogabimus.

Claris oratoribus invidet, eos persequitur.

Dio 59, 19, 7 (p. Chr. 39) ὁ δὲ δὴ Σενέκας ὁ Ἀνναῖος ⟨ὁ⟩ Λούκιος ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίους πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπεράρας διεφθάρη παρ' ὀλίγον μήτ' ἀδι-

κήσας τι μήτε δόξας, ὅτι δίκην τινὰ ἐν τῷ συνεδρίῳ παρόντος αὐτοῦ καλῶς εἶπε. τοῦτον μὲν οὖν ἀποθανεῖν κελεύσας ἀφῆκε γυναικί τινι ὧν ἐχρῆτο πιστεύσας, ὅτι φθόῃ τε ἔχοιτο κακῶς καὶ οὐκ ἐς μακρὰν τελευτήσοι.

Suet. Cal. 53, 2 = p. 27.

φθόῃ: cf. Sen. epist. mor. 78, 6 „multorum mortem distulit morbus et salus illis fuit videri perire." Willrich Klio 3 p. 456: imperatori suspecta fuisse videtur Senecae cum Gaetulico, cum suis sororibus, cum aliis usus; Seneca unum e reis anni 40 defendisse videtur (aliter Dio). Rossbach RE 1, 2241, 40—46; Gelzer RE 10, 400. 23—30.

Tac. Agr. 4 pater illi (= Agricolae) Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritus: namque Marcum Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est.

Sen. benef. 2, 21 si exemplo magni animi opus est, utamur Graecini Iulii, viri egregii, quem C. Caesar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expedit. Pridie Id Maias anni 38 Silanum iam vita defunctum esse ex actis Arvalium apparet; Graecino autem Id. Iun. anni 40 Agricolam filium natum esse Tac. narrat: Agr. 44. cf. Willrich Klio 3 p. 436. Teuffel § 283, 4.

Dio 59, 19, 1—20, 1. (p. Chr. 39) ὁ Ἄφρος ὁ Δομίτιος καὶ κινδύνῳ παραδόξῳ καὶ σωτηρίᾳ θαυμασιωτέρᾳ ἐχρήσατο. ἤχθετο μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλως ὁ Γάιος, ὅτι ἐπὶ τοῦ Τιβερίου γυναικός τινος τῇ Ἀγριππίνῃ τῇ μητρὶ αὐτοῦ προσηκούσης κατηγορήκει. . . . τότε δὲ ἐπειδὴ εἰκόνα τινὰ αὐτοῦ (= τοῦ Γαίου) στήσας ἐπίγραμμα αὐτῇ ἐπέγραψε δηλῶν, ὅτι ἕβδομον καὶ εἰκοστὸν ⟨ἔτος⟩ ἄγων δεύτερον ὑπατεύοι, ἠγανάκτησεν ὡς καὶ προφέροντός οἱ αὐτοῦ τό τε μειρακιῶδες καὶ τὸ παράνομον, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ καὶ τιμηθήσεσθαι προσεδόκησεν, ἔς τε τὸ συνέδριον αὐτὸν ἐσήγαγε καὶ λόγον κατ' αὐτοῦ μακρὸν ἀνέγνω· ἄλλως τε γὰρ προέχειν ἁπάντων τῶν ῥητόρων ἠξίου, καὶ ἐκεῖνον δεινότατον εἰπεῖν εἰδὼς ὄντα ὑπερβαλεῖν ἐσπούδασε. πάντως τ' ἂν αὐτὸν ἀπέκτεινεν, εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ἀντεπεφιλοτίμητο. νῦν δὲ ἀντεῖπε μὲν οὐδὲν οὐδὲ ἀπελογήσατο οὐδέν, θαυμάζειν δὲ δὴ καὶ καταπεπλῆχθαι τὴν δεινότητα τοῦ Γαΐου προσποιησάμενος τήν τε κατηγορίαν καθ' ἓν ἕκαστον ἐπιλέγων ὥσπερ τις ἀκροατὴς ἀλλ' οὐχ ὑπεύθυνος ὢν ἐπῄνει, καὶ ἐπειδὴ ὁ λόγος αὐτῷ ἐδόθη, πρὸς ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν ἐτράπετο καὶ τέλος ἔς τε τὴν γῆν κατέπεσε καὶ χαμαὶ κείμενος ἱκέτευσεν ὡς καὶ τὸν ῥήτορα αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τὸν Καίσαρα φοβούμενος. καὶ οὕτως ἐκεῖνος ὁρῶν τε ταῦτα καὶ ἀκούων διεχύθη, πιστεύσας ὄντως τῇ τῶν λόγων παρα-

σκευῇ κεκρατηκέναι αὐτοῦ· καὶ διά τε τοῦτο καὶ διὰ Κάλλιστον τὸν ἀπελεύθερον, ὃν αὐτός τε ἐτίμα καὶ ὁ Δομίτιος ἐτεθεραπεύκει, ἐπαύσατο ὀργιζόμενος. καὶ τῷ γε Καλλίστῳ αἰτιασαμένῳ αὐτὸν ὕστερον, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ κατηγόρησεν, ἀπεκρίνατο, ὅτι „οὐκ ἔδει με τοιοῦτον λόγον ἀποκεκρύφθαι.“ Δομίτιος μὲν δὴ καταγνωσθεὶς μηκέτι δεινὸς εἶναι λέγειν ἐσώθη· ... τόν τε Δομίτιον καὶ ὕπατον εὐθὺς ἀπέδειξε, ...

Willrich Klio 3 p. 435. Kappelmacher et Wissowa RE 5, 1318 sqq. Gelzer RE 10, 400, 6—22.. Teuffel § 276, 5.

Certamen oratorum instituit.

Suet. Cal. 20 edidit ... Lugduni ... certamen quoque graecae latinaeque facundiae, quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse, eorundem et laudes componere coactos; eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere iussos, nisi ferulis obiurgari aut flumine proximo mergi maluissent.

lingua velut spongia Helmreich. cf. Iuv. 1, 44 „sic palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram“. Dio 59, 22, 1 θέας τινὰς ἐν τῷ Λουγδούνῳ ἐπετέλεσε.

Orationes a Caligula habitae

Tac. ann. 5, 1 (p. Chr. 29) (Iulia Augusta) laudata est pro rostris a C. Caesare pronepote, qui mox rerum potitus est.

Suet. Cal. 10, 1 (Livia Augusta) quam defunctam praetextatus etiam tunc pro rostris laudavit.

Caligula 17. agebat annum (* 31. 8. 12 p. Chr.); Agrippina matre anno 28 exsilio affecta apud Liviam vixerat.

Dio 59, 3, 8 (p. Chr. 37) ἐποιήσατο μὲν γὰρ (ὁ Γάιος) καὶ λόγους ἐπ' αὐτῷ (τῷ Τιβερίῳ), ἀλλ' οὔτι γε καὶ ἐκεῖνον οὕτως ἐπαινῶν ὡς τοῦ τε Αὐγούστου καὶ τοῦ Γερμανικοῦ τὸν δῆμον ἀναμιμνήσκων καὶ ἑαυτὸν αὐτοῖς παρακατατιθέμενος. Dio 58, 28, 5 Τιβέριος ... ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου.

Suet. Cal. 15, 1 (Gaius) Tiberio cum plurimis lacrimis pro contione laudato funeratoque amplissime confestim Pandateriam et Pontias ... festinavit.

habita est ea oratio Romae die 29. 3. 37 p. Chr.: Gelzer RE 10, 386, 34.

Caligula ludorum scaenicorum studiosissimus.

Ludos scaenicos instituit anno 37: Dio 59, 7, 1 sq τὸ ἡρῷον τὸ τοῦ Αὐγούστου ὡσίωσε, τὴν ἐπινίκιον στολὴν ἐνδύς.

καὶ οἵ τε εὐγενέστατοι παῖδες, ὅσοι γε καὶ ἀμφιθαλεῖς ἦσαν, μετὰ παρθένων ὁμοίων τὸν ὕμνον ᾖσαν, καὶ ἡ βουλὴ σὺν ταῖς γαμεταῖς σφῶν ὅ τε δῆμος εἱστιάθη, θέαι τε παντοδαπαὶ ἐγένοντο. τά τε γὰρ τῆς μουσικῆς ἐχόμενα ἐσήχθη, καὶ ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο, . . .

θέαι Gelzer RE 10, 388, 59–61 „mindestens vom Todestag des Augustus am 19. Aug. bis zu Gaius' Geburtstag am 31. Aug." (computatum ex eis, quae apud Dionem sequuntur).

anno 39: Dio 59, 21, 2 (ἐς τὴν Γαλατίαν ἀφώρμησε) πολλοὺς μὲν ὀρχηστὰς . . . ἐπαγόμενος.

Kal. Ian. 40: Dio 59, 24, 7 sq οἱ ἐκ τῆς ὀρχήστρας ἄνδρες πανήγυρσίν τε ἐπετέλεσαν καὶ θέαν παρέσχοντο . . . ταῦτα δὲ ἐξ ἐπιστολῆς που τῆς τοῦ Γαΐου ἐπράχθη.

ludi Palatini, per quos Caligula die 24. Ian. 41 interfectus est: Ios. ant. 19, 75 sqq ἄγονται δὲ ἐπὶ τιμῇ τοῦ πρώτου . . . Καίσαρος. 94 μῖμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών, ὅ τε ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν, ἐν ᾧ αὐτός τ' ἐκτείνετο καὶ ἡ θυγάτηρ Μύρρα, αἷμά τ' ἦν τεχνητὸν πολύ . . . 104 τρέπεται δὲ (Γάιος ἐξαναστὰς) κατὰ στενωπὸν . . . παῖδας, οἳ ἥκεσαν ἐκ τῆς Ἀσίας, κατανοήσων, πομπῆς αὐτῶν ἐκεῖθεν γενομένης ἐφ' ὕμνοις μυστηρίων, ἃ ἐπετέλει, ἔνιοι δὲ κατὰ πυρριχισμούς, οἳ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο.

Suet. Cal. 57, 4 pantomimus Mnester tragoediam saltavit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat; et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit. parabatur et in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas explicarentur. . . . pueri nobiles ex Asia ad edendas in scaena operas evocati . . .

de paremptosi cum Philippi morte: Ios. ant. 19, 95 Caligulam eodem quo Philippum die occisum esse refert. de mimo Laureolo Catulli poetae: Skutsch RE III, 1796, 23. Teuffel § 285, 1. inferorum: Reitzenstein, Hell. Wundererz. p. 17.

Dio 59, 29, 6 . . . παῖδας, οὓς . . . ἐπὶ τῷ τὸν ὕμνον τὸν εἰς ἑαυτὸν πεποιημένον ᾆσαι μετεπέπεμπτο de his ludis Palatinis Mommsen CIL I[2] p. 308. Wissowa, Rel. u. Kultus d. Römer [2] p. 458 nota 5 et p. 569; Gelzer RE 10, 415, 24—416, 4.

Suet. Cal. 18, 2 scaenicos ludos et assidue et varrii generis ac multifariam fecit, quondam et nocturnos accensis tota urbe luminibus.

Alia spectacula, quorum genera non indicantur, saepius commemorantur: Suet. Cal. 20. Dio 59, 22, 1. Ios. ant. 130. alias.

Spectans tumultum in theatro fieri non patitur: Suet. Cal. 55, 1.

Ipse quoque saltat: Philo leg. 42 συνορχούμενον: cf. Dessau, Gesch. d. röm. Kaiserzeit. (1926) II p. 114.

Sen. dial. 3, 20, 8 pantomimis, quos imitabatur. Suet. Cal. 54 sed et aliorum generum artes studiosissime et diversissimas exercuit. Thraex et auriga, idem cantor atque saltator, . . . ; canendi et saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus et tragoedo pronuntianti concineret et gestum histrionis quasi laudans vel corrigens palam effingeret. nec alia de causa videtur eo die, quo periit, pervigilium indixisse quam ut initium in scaenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. saltabat autem nonnumquam etiam noctu; et quondam tres consulares secunda vigilia in Palatium accitos multaque et extrema metuentis super pulpitum conlocavit, deinde repente magno tibiarum et scabellorum crepitu cum palla tunicaque talari prosiluit ac desaltato cantico abiit. Dio 59, 5, 4 sq ὀρχήσει τε ἐχρήσατο καὶ τραγῳδίαν ὑπεκρίνατο et 59, 29, 6 (quo die interfectus est) ὀρχήσασθαι καὶ τραγῳδίαν ὑποκρίνασθαι ἠθέλησεν καὶ διὰ τοῦτο ἑτέρας τρεῖς ἡμέρας προήγγειλε.

Saltatores plurimi aestimat: Suet. Cal. 55, 1 Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur . . . Dio 59, 2, 5 (p. Chr. 37) νῦν δὲ καὶ ἐς ὀρχηστὰς . . . ἀπλήστως δαπανήσας Dio 59, 5, 2—4 (p. Chr. 37) ἐδούλευε δὲ καὶ τοῖς ὀρχησταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὴν σκηνὴν ἔχουσι· τὸν γοῦν Ἀπέλλην τὸν εὐδοκιμώτατον τῶν τότε τραγῳδῶν καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ συνόντα οἱ ἀεὶ εἶχε. Dio 59, 27, 1 (p. Chr. 40) τοὺς ὀρχηστὰς καθ' ἡμέραν φιλοῦντι Philo leg. 203 (ad statuam auream Hierosolymi in templo collocandam Apellis tragoedi consilio utitur). Suet. Cal. 33 inter varios iocos cum assistens simulacro Iovis Apellen tragoedum consuluisset, uter illi maior videretur, cunctantem flagellis discidit conlaudans subinde vocem deprecantis quasi etiam in gemitu perdulcem.

Caligulae de arte rhetorica liber.

Suid. Γάιος Καῖσαρ, ὃς ἐπεκλήθη Καλλιγόλας, ῥητορικὴν τέχνην Ῥωμαϊκῶς. Teuffel § 286, 1 „vielleicht irrig", cum C Iulium Caesarem τέχνην γραμματικὴν Ῥωμαίως conscripsisse idem Suidas referat. Flach Rh. Mus. 36 (1881) p. 319 e Suet. Cal. 53 Suidam id falso sumpsisse censet. ceterum cf. Tib. p. 25.

Claudius.

Claudius litteris cultus.

Suet. 2, 2 = p. 42. Augustus epist. ad Liviam fr. 17 (= Suet. Claud. 4, 5) Tiberium adulescentem ego vero, dum tu aberis, cotidie invitabo ad cenam, ne solus cenet cum suo Sulpicio et Athenodoro. qui vellem diligentius et minus μετεώρως deligeret sibi aliquem, cuius motum et habitum et incessum imitaretur. misellus ἀτυχεῖ. nam ἐν τοῖς σπουδαίοις, ubi non aberravit eius animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. Tiberium: hunc Claudium. Sulpicio: cf. Suet. 41 = p. 38. Athenodoro: fortasse philosophus, Tarsius, Augusti familiaris; Cichorius, Röm. Stud. p. 279—81 Augustus quid ipse et Tiberius de Claudii indole senserint Liviae exposuit in epist. fr. 16—18 Malc. (= Suet. Claud. 3, 2—4, 6); Willrich Klio III p. 98. Tac. ann. 6, 46 (p. Chr. 37. Tiberio de tradenda re p.) etiam de Claudio agitanti, quod is composita aetate, bonarum artium cupiens erat, imminuta mens eius obstitit. Tib. epist. ad Claud. supra p. 23. Tac. ann. 13, 3 (p. Chr. 54 in laudatione a Seneca composita, a Nerone dicta) liberalium quoque artium commemoratio . . . pronis animis audita. postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risui temperare. Ios. ant. 19, 164 (Γαίου τεθνηκότος οἱ στρατιῶται ἑώρων καλῶς οὖν ἔχειν . . . ἡγεμόνα αἱρεῖσθαι Κλαύδιον . . . τῶν εἰς τὴν βουλὴν συλλεγομένων οὐδενὸς οὔτινος οὐκ ἀξιολογώτερον προγόνων τ' ἀρετῇ καὶ τὰ κατὰ τὴν παιδείαν μεμελετηκότα. Suet. 40, 3 infra p. 34; 3, 1 p. 37; Dio 60, 2, 1 p. 37. Philostr. v. Ap. 5, 27 παιδείας δὲ ξυμπάσης ἐδόκει ἐρᾶν.

Quantopere Claudius scriptoribus faverit.

Saepius poetarum verba affert.

Suet. 42, 1 multum vero pro tribunali etiam Homericis locutus est versibus. quotiens quidem hostem vel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit quam „ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. Ψ 369; π 72; φ 133.

Dio 60, 16, 7 sq (p. Chr. 42) Κλαύδιος δὲ οὕτω που πρὸς τὴν τιμωρίαν τήν τε ἐκείνων καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἔσχεν ὥστε καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς διδόναι, τὸ ὅτι χρὴ „ἄνδρα ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ." καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ καὶ πρὸς ἐκείνους καὶ πρὸς τὴν βουλὴν τοιουτότροπα ἑλληνιστὶ παρεφθέγγετο ὥστε καὶ γέλωτα παρὰ τοῖς δυναμένοις ἔστιν ἃ αὐτῶν συνεῖναι ὀφλισκάνειν.

Sen. apocol. 5, 4 hanc Claudii consuetudinem irridere videtur, quamquam Weinreich, Senecas Apocol. p. 68 sqq, dialogos tales e versibus allatis compositos saturis Menippeis proprios esse demonstravit.

Suet. 43 (paenitens de Neronis adoptione ad Britannicum) graeca insuper voce prosecutus ὁ τρώσας ἰάσεται.
Eur. Telephos: Schol. Aristoph. nubes 919. Proverbium fuisse videtur: Kurtz, Philol. Suppl. 6 (1891/93) p. 316.

Plin. epist. 1, 13, 3 at hercule memoria parentum Claudium Caesarem ferunt, cum in Palatio spatiaretur audissetque clamorem, causam requisisse, cumque dictum esset recitare Nonianum, subitum recitanti inopinatumque venisse. Nonianus rerum scriptor (Teuffel § 291) apud templum Apollinis poterat recitare.

Sen. apocol. 12, 29 (in nenia)

vosque poetae lugete novi!

Ciceronis defensio: infra p. 40.

Polybius libertus, qui Homeri et Vergili carmina transtulit (Sen. dial. 11, 8, 2; 11, 5) et res a Claudio gestas descripsit et Aesopeos condidit apologos (Sen. dial. 11, 8, 2 sq) muneribus a studiis et a libellis a Claudio institutis functus est (Friedländer, Sittengesch. I [9] p. 54 sq; IV [9] p. 33. Hirschfeld, Verwaltungsbeamten [2] p. 332 sq); postea Messalina auctore cecidit (Dio 60, 31, 2 p. Chr. 48).

Philostr. epist. 53 non ab imperatore Claudio scripta est: Ed. Meyer, Herm. 53 p. 411; Wilamowitz, Herm. 60 p. 307.

Seneca Messalina, non Claudio auctore annis 41-49 exsulat. Teuffel § 287. Henderson, Life and Princ. of Nero p. 34 sq.

De Claudii principatu queri videtur Calpurnius Siculus, ecl. 4, 19 sqq.

Meliboeus. iam puerum calamos et odorae vincula cerae
iungere non cohibes, levibus quem saepe cicutis
ludere conantem vetuisti fronte paterna?
dicentem, Corydon, te non semel ista notavi:
„frange, puer, calamos et inanes desere Musas!
i, potius glandes rubicundaque collige corna,
duc ad mulctra greges et lac venale per urbem
non tacitus porta! quid enim tibi fistula reddet,
quo tutere famem? certe mea carmina nemo
praeter ab his scopulis ventosa remurmurat echo."
Corydon. haec ego, confiteor, dixi, Meliboee; sed olim.
non eadem nobis sunt tempora, non deus idem.
Spes magis arridet: certe ne fraga rubosque
colligerem viridique famem solarer hibisco,
tu facis et tua nos alit indulgentia farre. . . .
37 per te secura saturi recubamus in umbra
et fruimur silvis Amaryllidos, ultima nuper,

ultima terrarum, nisi tu, Meliboee, fuisses,
litora visuri trucibusque obnoxia Mauris
pascua Geryonis . . .
46 nec quisquam nostras inter dumeta Camenas
respiceret. non ipse daret mihi forsitan aurem,
ipse deus, vacuam longeque sonantia vota
scilicet extremo non exaudiret in orbe. . . .

v. 30 deus: Claudius, tum Nero. (Thes. l. l. V 891, 35 sq.) exsiliumne institerat poetae Claudio aut alio auctore an, quod Skutsch RE III 1403, 67 sq conicit, pressus aere alieno e patria exire statuerat?

Romae a studiis et a libellis munera, Alexandriae novum museum instituit.

Hirschfeld, Verwaltungsbeamten p. 332—4.
Suet. 42, 2 infra p. 38.

Claudius graeci sermonis studiosissimus magistratum provinciae linguae latinae ignarum loco movet.

Ios. ant. 19, 213 . . . παιδείᾳ τε συνών, καὶ μάλιστα τῇ Ἑλληνίδι. cf. supra p. 27 ad Ios. ant. 18, 206.

Suet. 42 nec minore cura graeca studia secutus est amorem praestantiamque linguae occasione omni professus. cuidam barbaro graece ac latine disserenti „cum utroque" inquit „sermone nostro sis paratus, . . .". et in commendanda patribus conscriptis Achaia gratam sibi provinciam ait communium studiorum commercio; ac saepe in senatu legatis perpetua oratione respondit.

Dio 60, 8, 1—3 (p. Chr. 41 Ἀντιόχῳ, Μιθριδάτῃ τῷ Ἴβηρι, ἄλλῳ Μιθριδάτῃ, Πολέμωνι, Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῳ, Ἡρώδῃ τὰς δυναστείας ἔνειμε) καὶ ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσελθεῖν σφισι καὶ χάριν οἱ ἑλληνιστὶ γνῶναι ἐπέτρεψεν.

Etruriae et Carthaginis historiam graece scripsit: p. 40.

Poetarum graecorum verba affert: supra p. 32 sq.

Suet. 40, 3 nam illa eius cotidiana et plane omnium horarum et momentorum erant: „quid, ego tibi Telegenius videor?" et „λάλ⟨ε⟩ι καὶ μὴ θίγγανε" multaque talia etiam privatis deformia, nedum principi neque infacundo neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.

Telegenius | Telegonius GY hic homo aliunde non notus est; „fuit Telegennius hic notae aliquis fatuitatis homo per illa tempora" Casaub. λάλει καὶ μὴ θίγγανε Turneb. | ΛΑΛΙΚΑΙΜΗΘΙΝΤΑΝΑ GIIQT (···ΜΕΘΙΝΓΑΝΑ MLS) rel. codd. aliter „loquere et verberibus abstine" Ernesti utrumque non satis intellegitur.

Suet. 16, 2 splendidum virum Graeciaeque provinciae principem, verum latini sermonis ignarum non modo albo iudicum erasit, sed in peregrinitatem redegit.

Dio 60, 17, 3 sq (p. Chr. 43) τούς τε Λυκίους στασιάσαντας . . . ἐδουλώσατό τε καὶ ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νόμον ἐσέγραψεν. ἐν δὲ δὴ τῇ διαγνώσει ταύτῃ — ἐποιεῖτο δὲ αὐτὴν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ — ἐπύθετο τῇ Λατίνων γλώσσῃ τῶν πρεσβευτῶν τινος Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος, Ῥωμαίου δὲ γεγονότος· καὶ αὐτόν, ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθέν, τὴν πολιτείαν ἀφείλετο εἰπὼν μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξίν σφων ἐπιστάμενον. cf. Tib. supra p. 13, 16 sq et 26—32.

Tres litterae latinae a Claudio inventae: infra p. 40 sq.

De Claudii eloquentia.

Augustus epist. ad Liviam 18 (Suet. Claud. 4, 6) Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse peream nisi, mea Livia, admiror. nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit, cum declamat, σαφῶς dicere, quae dicenda sunt, non video. Non vocem claram, sed sententias dilucide expressas Augustus laudat.

Tac. ann. 13, 3 nec in Claudio, quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres. elegantiam: Suet. 41, 3 p. 40.

Sen. dial. 11, 33 (ad Polyb.) hic itaque princeps . . . iam te omni confirmavit modo, iam omnia exempla, quibus ad animi aequitatem compellereris, tenacissima memoria rettulit, iam omnium praecepta sapientium assueta sibi facundia explicuit.

Aur. Vict. Caes. 8, 7 supra p. 16.
Fronto epist. p. 123 N (II 138 Haines) supra p. 27.
Ciceronem Asinio Pollioni praefert: infra p. 40.

Linguae titubantiam commemorant Sen. apocol. 14, 2; Suet. 30; Dio 60, 2, 2; Suid. Κλαύδιος.

Claudii genus dicendi e compluribus orationibus, edictis, epistulis ad rem p. pertinentibus cognoscimus. Rostovtzeff, Gesellsch. u. Wirtsch. i. röm. Kaiserreich I (1929) p. 68 „alle Schriftstücke, die er unterzeichnete, waren sicher entweder von ihm selbst entworfen oder doch sorgfältig von ihm revidiert; denn sie zeigen alle dieselbe Eigenart nicht nur des Stils, sondern auch der Denkweise und dieselbe ganz individuelle Methode der Begründung." Hanc demonstrandi rationem Claudio propriam optime illustrat e Tac. ann. 11, 14 et ex ea oratione, quam de iure honorum Gallis dando Claudius habuit, Momigliano p. 28—41.

Oratio de iure honorum Gallis dando, anno 48 in senatu habita. Legitur CIL 13, 1668; Dessau 212; Bruns 52; expl. Nipperdey-Andresen Tac. II p. 314—318. De genere dicendi Niebuhr, Kl. Schr. II p. 30—35;

Zingerle, Zeitschr. f. die österr. Gymn. 37 (1886) p. 255 sq; Schmidtmayer ibid. 41 (1890) p. 869—887; Norden, Kunstprosa I p. 263. Phil. Fabia, La table Claudienne de Lyon (1929). Momigliano, L' Opera dell' Imperatore Claudio (1932) p. 29—41. De rebus etruscis G. Körte, Jb. d. Arch. Inst. 12 (1897) p. 57—80; Messerschmidt, Nekropolen v. Vulci, Jb. d. Arch. Inst., Erg.-Heft 12 (1930) p. 137—153; Praschniker DLZ 1931 p. 2236—9. infra p. 40.

Oratio de decuriis iudicum et de accusatoribus coercendis in senatu habita. Legitur BGU 611; Bruns 53. Stroux, Eine Gerichtsreform des Kaisers Claudius, BGU 611, Sitz.ber. d. Bayer. Akad., phil.-hist., 1929 Heft 8 et v. Woess, Zeitschr. d. Savigny-Stiftung, Roman. Abt. 51 (1931) p. 336—368.

Oratio apud duas legationes Alexandrinas in Luculli hortis prid. Kal. Mai. anni 53 (Wilcken, Hermes 30 p. 489) habita. Legitur BGU 511; expl. Wilcken, Herm. 30 p. 486 sq. H. J. Bell, Juden u. Griechen im röm. Alex., Beihefte z. Alten Orient, Heft 9 (1926; p. 28 sq Bell „Tarquinius Priscus“ ab Ulrico Wilcken insertum emendat, cum scribit „Tarquitius Priscus“).

Singula Claudii verba Suetonius vituperat 39, 2; 40. 24, 1; 46.

Oratio super collegio haruspicum in senatu habita anno 47: Tac. ann. 11, 15.

Oratio de fastigio Romano Parthorumque obsequiis, apud legationem Parthorum anno 49 habita: Tac. ann. 12, 11. Quantopere differant orationes a Tacito traditae a veris orationibus demonstrat Schmidtmayer, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 41 (1890) p. 869—887.

Quaedam oratiunculae in senatu habitae: Suet. 38, 3. Dio 60, 2, 4 sq. Suid. Κλαύδιος.

Claudii genus dicendi significare videtur Sen. dial. 11 (ad Polyb.), 14-16.

De poetarum verbis orationibus insertis supra p. 32 sq.

Edictum de civitate Anaunorum, Id. Mart. 46. Legitur CIL 5, 5050; Dessau 206; Bruns 79. De genere dicendi F. Kenner, Ein Edikt des Kaisers Claudius (1869). Mommsen Herm. 4 (1870) p. 106 sq.

Edictum de cursu publico, anno 49/50 (Hirschfeld). Legitur CIL 3, 7251; IG. 5, 2 p. 5, 101—114. O. Hirschfeld, Kaiserl. Verwaltungsbeamte [2] p. 191 cum nota 1.

Edictum de pace inter Alexandrinos ac Syrios et Iudaeos confirmanda, anno 41: Ios. ant. 19, 280—285; confundit hoc et sequens edictum Zon. 6, 11 p. 30 sq Dind. Bell, Jews and Christians in Egypt p. 15 sq.

Edictum de Iudaeis in universo imperio non premendis, anno 41: Ios. ant. 19, 287—291. Zon. 6, 11.

Edictum de solis defectione anni 45: Dio 60, 26, 1—4.

Singula verba ex edictis sumpta Suet. 21, 4 sq; 38, 1.

Epistula anno 53 Alexandrinis missa. Legitur P. Lond. 1912. Bell, Jews and Christians in Egypt p. 23—26. De genere dicendi Dessau, Gesch. d. r. Kais. II 1 p. 400. Bell p. 3 sq et 21 sq. Grupe, Zeitschr. d. Sav.-Stiftung, Rom. Abt. 48 p. 573—5.

Epistula ad universos Iudaeos a. d. IV. Kal. Iul. 45 scripta: Ios. ant. 20, 11—14.

Claudius ludos scaenicos instituit.

Suet. 11, 2 ad fratris memoriam per omnem occasionem celebratam comoediam quoque graecam Neapolitano certamine docuit ac de sententia iudicum coronavit.

scil. Germanici comoediam: Suet. Cal. 3, 2 (Germanicus) inter cetera studiorum monimenta reliquit et comoedias graecas. Neapolitano: cf. Dio 60, 6, 1 sq (p. Chr. 41; ὁ Κλαύδιος) ἔν γε τῇ Νέᾳ πόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη. τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτᾶτο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας . . . ἐλάμβανε. Friedl. Sittengesch. II (1920) p. 228.

Suet. 21, 2 fecit et saeculares, quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reservatos, quamvis ipse in historiis suis prodat intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. quare vox praeconis irrisa est invitantis more solemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset, cum superessent adhuc, qui spectaverant et quidam histrionum producti olim tunc quoque producerentur. initium est fr. 1 historiarum p. 39.

Tac. ann. 11, 11 (p. Chr. 47) isdem consulibus ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo, quam Augustus ediderat, spectati sunt. utriusque principis rationes praetermitto satis narratas libris, quibus res imperatoris Domitiani composui.

De ludorum saecularium duplici ratione cf. Mommsen, Röm. Chronologie p. 172—194, praesertim 192 sq. Nilsson RE Saeculares ludi 1717, 35—1718, 37.

Aur. Vict. Caes. 4, 14 anno sexto (Claudii) . . . octingentesimus urbis mire celebratus.

Plin. nat. 7, 159 minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisque saecularibus ludis saltavisse, Divi Augusti et quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando LXIII non amplius anni interfuere, quamquam et postea diu vixit.

Sen. apocol. 4 expiravit autem, dum comoedos audit. Suet. 45 mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. itaque inducti per simulationem comoedi, qui velut desiderantem oblectarent.

Claudii scripta.

Dio 60, 2, 1 ἐγένετο δὲ τὴν ψυχὴν οὐ φαῦλος, ἀλλὰ ἀεὶ καὶ ἔν παιδείᾳ ἤσκετο ὥστε καὶ συγγράψαι τινά.

Suid. Κλαύδιος idem.

Claudius scripta sua publicavit et recitavit:

Suet. 3, 1 disciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicavit. verum ne sic quidem quicquam

dignitatis assequi aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Suet. 41, 1 sq historiam in adulescentia . . . scribere adgressus est. et cum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit refrigeratus saepe a semet ipso. nam cum initio recitationis defractis compluribus subsellis obesitate cuiusdam risus exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur cachinnosque revocaret. in principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitavit per lectorem. Suet. 42, 2 denique et graecas scripsit historias Tyrrhenicon viginti, Carchedoniacon octo. quarum causa veteri Alexandriae Musio additum ex ipsius nomine ⟨novum⟩, instutumque, ut quotannis in altero Tyrrhenicon libri, in altero Carchedoniacon diebus statutis velut in auditorio recitarentur toti a singulis per vices. nomine ⟨novum⟩ Drechsler Musio ⟨Claudieum⟩ Roth. de eo Museo nihil aliud notum est.

Historiae.

H. Peter, Hist. Rom. Rel. II p. CXX—CXXIII et p. 92—94. Momigliano, L' Opera dell' Imperatore Claudio (1932) p. 21—26.

Suet. 41, 1 sq. historiam in adulescentia hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavo etiam adiuvante scribere adgressus est. . . . in principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitavit per lectorem. initium autem sumpsit historiae post caedem Caesaris dictatoris, sed et transiit ad inferiora tempora coepitque a pace civili, cum sentiret neque libere neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus saepe et a matre et ab avia.

prioris materiae duo volumina,
posterioris unum et quadraginta reliquit.

mater: Antonia minor; avia: Livia; Octavia altera avia † a. Chr. 11; cf. Suet. 3, 2. Niebuhr, Kl. Schr. II p. 31 sq. Quin in historiis quoque Ciceronem, quem triumviri necaverant, praedicaverit, vix dubium est; sed neque Willrich (Klio 3 p. 98 sq.) maiorem neque Momigliano (p. 23 sq.) minorem Antonii dictatoris laudem et Liviae et Antoniae displicuisse satis plena ratione demonstraverunt. Quaeritur, quot annos complexae sint eae historiae: „vielleicht die 41 Jahre von Oktavians Ernennung zum Augustus bis zu dessen Tode" = a. Chr. 27 — p. Chr. 14 , 41 anni 41 libris conscripti: Bücheler, Divi Claudi Apocol. p. 48; assentitur Momigliano p. 22; („seit 29 v. Chr., aber) schwerlich über Augustus hinabreichend": Nipperdey, Tac. ann., praef. p. 26; aliter opinatur Fabia, Les sources de Tacite p. 368: usque ad annum 41.

De diversis operibus Claudii rerum scriptoris bene Momigliano p. 21 „Claudio sembra anzi riassumere in sè i due aspetti opposti della

letteratura storica del suo tempo, essendo scrittore audace di storia contemporanea (sicut Cordus, Bassus, Cluvius Rufus, Thrasea Paetus) ed erudito antiquario (sicut Valerius Maximus, Curtius Rufus, Fenestella)."

Sen. dial. 11, 8, 2 (ad Polyb.) tunc Caesaris tui opera, ut per omnia saecula domestico narrentur praeconio, quantum potes, compone. nam ipse tibi optime formandi condendique res gestas et materiam dabit et exemplum.

Sen. apocol. 5, 4 Claudius gaudet esse illic philologos homines; sperat futurum aliquem historiis suis locum.

fr. 1 Suet. 21, 2 fecit et saeculares (ludos), quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reservatos, quamvis ipse in historiis suis prodat intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. cf. p. 37.

fr. 3 Plin. nat. 12, 78 petunt igitur (Arabes) in Elymaeos arborem bratum, cupresso fusae similem, exalbidis ramis, iucundi odoris accensam et cum miraculo historiis Claudi Caesaris praedicatam. folia eius inspergere potionibus Parthos tradit, odorem esse proximum cedro fumumque eius contra ligna alia remedio. nascitur ultra Pasitigrim finibus oppidi Sostratae in monte Scanchro.
haec arbor hinc tantum nota est; similia autem Plin. narrat de herba Sabina, quae graece βράθυ vocetur.

Fortasse historiarum fragmenta sunt hi loci:

fr. 4 Plin. nat. 5, 63 Mareotis lacus a meridiana urbis parte euripo e Canopico ostio mittit ex mediterraneo commercia, insulas quoque plures amplexus, $\overline{\text{XXX}}$ traiectu, $\overline{\text{CCL}}$ ambitu, ut tradit Claudius Caesar; alii . . .
commercia Detlefsen | commercio codd. $\overline{\text{CCL}}$ Pitianus | CD codd.

fr. 5 Plin. nat. 6, 27 (Armeniae) universae magnitudinem Aufidius quinquagiens centena milia prodidit, Claudius Caesar longitudinem a Dascusa ad confinium Caspii maris $\overline{|\text{XIII}|}$ p., latitudinem dimidium eius Tigranocerta ad Hiberiam.

fr. 6 Plin. nat. 6, 31 aliqui . . . ; Cornelius Nepos . . . ; Claudius Caesar a Cimmerio Bosporo ad Caspium mare $\overline{\text{CL}}$ prodidit eaque perfodere cogitasse Nicatorem Seleucum, quo tempore sit ab Ptolemaeo Cerauno interfectus.

fr. 7 Plin. nat. 6, 128 tam vicinum Arsaniae fluere eum (= Tigrim) in regione Archene Claudius Caesar auctor est, ut, cum intumuere, confluant nec tamen misceantur

leviorque Arsanias innatet MMMM ferme spatio, mox divisus in Euphratem mergatur. Baumgartner RE 2, 457, 23 sq „Die in allen Teilen unrichtige Angabe meint mit Archene wohl die (Landschaft) Arzanene.“

fr. 8 Plin. nat. 7, 35 Claudius Caesar scribit hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interisse . . . cf. Plin. nat. 7, 159: censu habito Claudius Bononiae hominem 150 annorum notat.

De incertis reliquiis infra.

Tyrrhenica et Carchedoniaca.

Suet. 42, 2 denique et graecas scripsit historias, Tyrrhenicon viginti, Carchedoniacon octo.

de his scriptis recitatis cf. supra p. 38. Tyrrhenicon: Niebuhr, Kl. Schr. II p. 32 sq. Fragmenta non exstant; sed de Etruscis Claudius saepius agit: in oratione super collegio haruspicum Tac. ann. 11, 15; in oratione de iure honorum Gallis dando col. 1, 12—24, cf. supra p. 36. Momigliano p. 26—37. de litterarum Tuscarum origine: infra p. 40.

De vita sua.

Suet. 41, 3 composuit et de vita sua octo volumina, magis inepte quam ineleganter. cf. fr. 2 infra p. 42.

Ciceronis defensio.

Suet. 41, 3 Ciceronis defensionem adversus Asini Galli libros satis eruditam (composuit). Asini Galli: Teuffel § 276, 3. Momigliano p. 22—24.

Plin. nat. 13, 91 sqq (de Ciceronis et de Galli Asini mensis e citro factis) ex hoc Claudii libro sumptum esse opinatur Münzer, Beitr. z. Quellenkritik der Naturgesch. des Plin. (1897) p. 391 sq.

(De litterarum latinarum formis.)

Tac. ann. 11, 13 sq novas litterarum formas addidit vulgavitque, comperto graecam quoque litteraturam non simul coeptam absolutamque. 14. primi per figuras animalium Aegypti sensus mentis effingebant — ea antiquissima monimenta memoriae humanae impressa saxis cernuntur — et litterarum semet inventores perhibent. inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae gloriamque adeptos, tamquam reppererint, quae acceperant. quippe fama est Cadmum classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis artis eius auctorem fuisse. quidam Cecropem Atheniensem vel Linum Thebanum et temporibus Troianis Palamedem Argivum

memorant sedecim litterarum formas, mox alios ac praecipuum Simoniden ceteras repperisse. at in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Euandro didicerunt. et forma litteris latinis quae veterrimis Graecorum. sed nobis quoque paucae primum fuere, deinde additae sunt. quo exemplo Claudius tres litteras adiecit, quae usui imperitante eo, post obliteratae aspiciuntur etiam nunc in aere publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo. plebiscitis: Mommsen, Staatsrecht III p. 418 et 419 cum nota 3. Argumentum Claudii esse e verbis „Phoenicas . . . intulisse . . . adeptos“ apparet, ratio demonstrandi Claudio propria: Momigliano p. 28—41. De tribus his novis litteris Bücheler, Kl. Schr. I p. 3—47; p. 106 sq.

Suet. 41, 3 novas etiam commentus est litteras tres ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit. de qua ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit, ut in usu quoque promiscuo essent. extat talis scriptura in plerisque libris ac diurnis titulisque operum.

De imagine imperatoris, cui adscriptum est „Claudius Imp. tres novas litteras adinvenit“ Büch. p. 46.

Inscriptiones has tres litteras continentes collegit Bücheler, Kl. Schr. p. 25—46 et 106 sq; idem p. 25, 11—13: „omnes titulos, quicumque post a. 800 a Claudio sive Romae sive in provinciis inscribebantur, Claudianis literis expressos esse statuo“.

Ⅎ = graecum F.

Quint. inst. 1, 7, 26 nostri praeceptores servom cervom v et o litteris scripserunt, quia subiecta sibi vocalis in unum sonum coalescere et confundi nequiret; nunc v gemina scribuntur ea ratione, quam reddidi. neutro sane modo vox, quam sentimus, efficitur. nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos usus litteram adiecerat.

Prisc. gramm. II p. 15 Keil v vero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeolis digamma. unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeolis habuit olim F digamma, id est vau, ab ipsius voce profectum teste Varrone et Didymo · · · . pro quo ⟨Claudius⟩ Caesar hanc Ⅎ figuram scribi voluit. quod quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua superavit. ⟨Claudius⟩ Büch.

Quint. inst. 12, 10, 29 Aeolicae quoque litterae, qua servum cervumque dicimus, etiamsi forma a nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur.

Gell. 14, 5, 2 nam divus et rivus et clivus non us syllaba terminantur, sed ea, quae per duo v scribenda est, propter cuius syllabae sonum declarandum reperta erat nova littera, quae digamma appellabatur.

Ↄ antisigma = graecum Ψ.

Prisc. gramm. II p. 33 Keil huic (s litterae) praeponitur p et loco Ψ graecae fungitur, pro qua Claudius Caesar antisigma ↃC hac figura scribi voluit. sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare, quamvis non sine ratione haec quoque duplex a Graecis addita videatur, nam multo molliorem et volubiliorem sonum habet Ψ quam ps et bs. · · ·

Mart. Cap. III 245 huic (s) litterae divus Claudius p adiecit aut c propter Ψ et Ξ graecas litteras, ut p psalterium, ut c sacsa. x littera Romae semper scribebatur: Leumann-Hofm., Lat. Gramm. (1928) p. 44.

De vera antisigmatis forma Bücheler, Kl. Schr. p. 8—12.

Ⱶ = graecum Y.

Vel. gramm. VII p. 75 Keil aurifex melius per i sonat quam per u. at aucupare et aucupium mihi rursus melius videtur sonare per u quam per i, et idem tamen aucipis malo quam aucupis, quia scio sermonem et decori servire et aurium voluptati. unde fit, ut saepe aliud scribamus, aliud enuntiemus — sicut supra locutus sum de viro et virtute, ubi i scribitur et paene u enuntiatur. unde Ti. Claudius novam quandam litteram excogitavit, similem ei notae, quam pro aspiratione Graeci ponunt, per quam scriberentur eae voces, quae neque secundum exilitatem ⟨i⟩ litterae neque secundum pinguitatem ⟨u⟩ litterae sonarent, ut in viro et virtute, neque rursus secundum latum litterae sonum enuntiarentur, ut in eo quod est lugere, scribere. itaque audimus quosdam plena oi syllaba dicere quoi et hoic pro cui et huic, quod multo vitiosius est quam si tenuitatem υ litterae custodirent.

ut in viro et virtute | ut in eo quod est bibit, pudet Büch. lugere Büch. | legere codd. oi syllaba dicere quoi et hoic pro cui et huic Keil (e Prisc. gramm. II p. 304, 14 et Mar. Victorin. gramm. VI. p. 12, 2) | omni syllaba dicere quoi et tibei pro cui et tibi codd. υ litterae Keil | i litterae codd. Leumann, Lat. Gramm. p. 86 „Daß Kaiser Claudius sein neues Zeichen, welches nur als Vertreter von gr. υ belegt ist . . ., eigentlich für diesen Mittellaut ü (zwischen libet lubet, optimus optumus) bestimmt habe, ist eine nicht ausreichend begründete Annahme (doch s. Bücheler, Kl. Schr. 12 ff.)“.

(De alea.)

Suet. 33, 2 aleam studiosissime lusit, de cuius arte librum quoque emisit. Augustum quoque cum familiaribus flagrantissime talis lusisse colligitur ex eius epistulis fr. 21; 22; 20 Malc.

Ex incerto Claudii scripto.

Suet. 2, 2 diu atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit. quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscumque de causis quam saevissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur. quodam: de vita sua? aut in libello alias non allato. Historiis dat dubitans Peter CXXII.

Commentaria.

Tac. ann. 13, 43 (Nero) . . . , compertum sibi referens ex commentariis patris sui nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam. cf. p. 21 de Tiberii commentariis (Suet. Dom. 20).

Dubia fragmenta et vestigia.

Fieri poterat, ut etiam alias Plinius e Claudii historiis aut aliis eiusdem scriptis hauriret: 1) in indice libri I. Claudius inter auctores librorum 5., 6., 12./13. legitur, cum in libris 5., 6., 7., 12. laudetur nomine adiecto. 2) auctoris nomen additur iis locis, ubi aut diversa auctorum de eadem re memoria affertur velut 5, 63; 6, 27; 6, 31 aut scriptoris nomen rei mirae fidem facit velut 6, 128; 7, 35; 12, 78. 3) itaque Claudii esse opinatur Sprengel (Rh. Mus. 46, 1891 p. 69) fortasse 12, 20 (de arbore hebeno), 13, 25 (de unguentis a Romanis adhibitis), utrumque ex historiis; 12, 10 e „vita" (de platano, in qua Caligula cenaverit), fortasse 12, 12 (de platano a liberto in Italiam translata) et 13, 91—95 (de mensis e citro factis). Münzer (Beitr. z. Quellenkritik d. Naturgesch. des Plinius, p. 390—2): 13, 91—95 e Ciceronis defensione et ex alio quodam Claudii scripto; fortasse 7, 74 (de maximorum et minimorum corporum hominibus); fortasse initium libri V. (§§ 2, 11, 20, de Mauretania, Claudio principe expugnata) e Claudii opere sumptum esse, qui eos nuntios a Suetonio Paullino accepisset. Praeterea liceat cogitare de 7, 159 (de duobus longissimae vitae hominibus), 8, 37 (de ingenti serpente Romae occisa), 13, 79—80 (de charta e papyro facta Claudia, Augusta, Liviana).

Fragmenta aut imperatoris Claudii aut Claudii Quadrigarii sunt sex loci, quos Peter omnes Quadrigario attribuit: Prisc. gramm. II 232, 14 sqq fr. 49; Diom. gramm. I 383, 9 sq fr. 71; Schol. Stat. Theb. 8, 1 fr. 75; Nonius s. v. reticulum fr. 32 et s. v. habentia fr. 61; Prisc. gramm. II 484, 7 sq fr. 96. Duo priores loci dubii, posteriores vix imperatoris sunt.

Char. gramm. 2, 209 Tiberii fragmentum esse videtur: cf. p. 24.

Nero.

Neronis magistri.

Suet. 6, 3 apud amitam Lepidam nutritus est sub duobus paedagogis, saltatore atque tonsore. Domitia Lepida: PIR D 155; non diu apud eam nutriebatur: x 37, patrem et matrem amisit 40, mater revocata 41 aut paulo post. Agrippina Lepidam oderat et a. 54 perdidit: Tac. 12, 64 sq; Nero ream testimonio coram afflixit: Suet. 7, 1.

Ios. ant. 20, 183 . . . Βήρυλλον — παιδαγωγὸς δ' ἦν οὗτος τοῦ Νέρωνος τάξιν τὴν ἐπὶ τῶν 'Ελληνικῶν ἐπιστολῶν πεπιστευμένος — Βήρυλλον | Βοῦρρον Hudson (ex Tac. 13, 2): contra cf. Katterfeld, Berl. phil. Woch. 1913 p. 59.

Tac. ann. 14, 3 (p. Chr. 59. ad necandam Agrippinam) obtulit ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. Anicetus P. v. Rohden RE 1, 2210, 40 sqq.

Suet. 35, 2 (Octaviam) denique occidit sub crimine adulteriorum adeo impudenti falsoque, ut in quaestione pernegantibus cunctis Anicetum paedagogum suum indicem subiecerit, qui dolo stupratam a se fateretur. Tac. ann. 14, 62.

Suet. 22, 1 equorum studio vel praecipue ab ineunte aetate flagravit plurimusque illi sermo, quamquam vetaretur, de circensibus erat; et quondam tractum prasini agitatorem inter condiscipulos querens, obiurgante paedagogo de Hectore se loqui ementitus est.

Tac. ann. 12, 8 (p. Chr. 49) Agrippina . . . veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam impetrat, laetum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret et consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, . . . 14, 53 (p. Chr. 62) Seneca . . . ita incipit: Quartus decimus annus est, Caesar, ex quo spei tuae admotus sum. . . . ego quid aliud munificentiae tuae adhibere potui quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata, . . . 14, 55 ad quae Nero sic ferme respondit: quod meditatae orationi tuae statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum praevisa, sed subita expedire docuisti. . . . quod praesens condicio poscebat, ratione, consilio, praeceptis pueritiam, dein iuventam meam fovisti. 13, 2 (p. Chr. 54) Seneca praeceptis eloquentiae et comitate honesta (pollebat ad regendum Neronem).

Suet. 7, 1 undecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est Annaeoque Senecae iam tunc senatori in disciplinam traditus. ferunt Senecam proxima nocte visum sibi per quietem C. Caesari praecipere . . . undecimo: Nero x 15. 12. 37, annus XI.: 15. 12. 47—48; aliter Tacitus: Senecae traditus p. Chr. 49 (ann. 12, 8), adoptatus ineunte anno 50 (ann. 12, 25 sq; 25. 2.: act. Arval. CIL 6, 2041). Gercke, Jb. f. cl. Philol., Suppl. 22 p. 290.

Suet. 52 liberalis disciplinas omnis fere puer attigit. sed a philosophia eum mater avertit monens imperaturo contrariam esse, a cognitione veterum oratorum Seneca praeceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. itaque ad poeticam pronus . . .

Dio 60, 32, 2 (Boiss. 3 p. 9) ὅτι ἡ Ἀγριππῖνα τὸν υἱὸν ἐς τὸ κράτος ἐξήσκει καὶ παρὰ τῷ Σενέκᾳ ἐξεπαίδευε.

Schol. Iuv. 5, 109 A Seneca. hic, ut inquit Probus, sub Claudio . . . in Corsicam relegatus post triennium revocatus est. qui etsi magno desiderio Athenas intenderet, ab Agrippina tamen erudiendo Neroni in Palatium adductus saevum immanemque natum et sensit cito et mitigavit, inter familiares solitus dicere non fore saevo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat saevitia. Valla, „ex libris dictorum memorabilium?" Wessner. triennium | septennium Gercke (Jb. f. cl. Ph., Suppl. 22 p. 291).

Seneca Neronis magister: Waltz, La vie polit. de Sén. (1909) p. 151-177. Orationes Neronis partim a Seneca compositae: infra (de Neronis eloquentia). Seneca et Burrus rectores imperatoriae iuventae: Tac. ann. 13, 2; 6. Dio 61, 3 sq. alias. Teuffel § 287, 2. Dessau, Gesch. d. r. Kais. II p. 176-252 passim.

Tac. ann. 14, 52 (p. Chr. 62) mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat altero velut duce amoto et Nero ad deteriores inclinabat. hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tamquam ingentes et privatum modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret, hortorum quoque amoenitate et villarum magnificentia quasi principem supergrederetur. obiciebant etiam eloquentiae laudem uni sibi adsciscere et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset. nam oblectamentis principis palam iniquum detrectare vim eius equos regentis, inludere voces, quotiens caneret. quem ad finem nihil in re publica clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? certe finitam Neronis pueritiam et robur iuventae adesse: exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus maioribus suis. c. 53—56: Seneca quietem poscit, Nero se non libenter eam praestare simulat. Suet. 35, 5 infra. Dessau, Gesch. d. r. Kais. II p. 219—21.

Tac. ann. 15, 45 (p. Chr. 64; Nero templa Italiae, Asiae, Achaiae diripit.) ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse, et postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus. tradidere quidam vene=num ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, para=tum iussu Neronis vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine, . . . cf. c. 60 . . . , quando venenum non processerat.

Tac. 15, 56 et 15, 60—65 (p. Chr. 65 in ulciscenda coniuratione Pisoniana) Natalis . . . de Pisone primum fatetur, deinde adicit Annaeum Senecam, sive internun=tius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae omnes ad eum opprimen=dum artes conquirebat. c. 60 sequitur caedes Annaei Senecae, laetissima principi, non quia coniurationis mani=festum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando vene=num non processerat. et q. s. venenum: supra ann. 15, 45.

Suet. 35, 5 Senecam praeceptorem ad necem compulit, quamvis saepe commeatum petenti bonisque cedenti per=sancte iurasset suspectum se frustra periturumque potius quam nociturum ei.

Hier. a. Abr. 2082. Gercke, Seneca=Studien, Jb. f. cl. Ph., Suppl. 22 (1896) p. 161 et 273—82. Henderson, Life and Princ. of Nero (1905) p. 274—88. Waltz, Vie polit. de Sén. (1909) p. 385—443. Dessau, Gesch. d. r. Kais. II (1926) p. 241—252.

Suid. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος· φιλόσοφος Περιπατητικός, διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως ἅμα Χαιρήμονι τῷ φιλο-σόφῳ. Alex.: Gercke RE 1, 1452, 50 sqq. Chairemon: Schwartz RE 3, 2025, 63 sqq.

Tac. ann. 14, 16 (p. Chr. 59) etiam sapientiae doctoribus tempus impertiebat post epulas utque contraria adver=santium discordia frueretur. nec deerant, qui ore vultu=que tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.

Musicae cantusque magistri infra.

Quantopere Nero poetis faverit aut obtrectaverit.

Poetarum verba attulisse dicitur.

Suet. 49, 3 (ante Neronis mortem) iamque equites ap=propinquabant, quibus praeceptum erat, ut vivum eum adtraherent. quod ut sensit, trepidanter effatus ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει ferrum iugulo adegit.

Il. 10, 535. W. Schmidt, De ult. morientium verbis, Diss. Marb. 1914, p. 46 „ignavissimi Neronis naturae vix convenire videtur, quod mortem versiculos recitans exspectat."

Dio 62, 16, 1 (p. Chr. 64) . . . ἐπεθύμησεν, ὅπερ που ἀεὶ ηὔχετο, τήν τε πόλιν ὅλην καὶ τὴν βασιλείαν ζῶν ἀναλῶσαι· τὸν γοῦν Πρίαμον καὶ αὐτὸς θαυμαστῶς ἐμακάριζεν, ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἅμα καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολομένας εἶδεν. Suet. 38, 1 dicente quodam in sermone communi ἐμοῦ θανόντος Γαῖα μειχθήτω πυρί, immo, inquit, ἐμοῦ ζῶντος.

Uterque auctor de incendio urbis dicturus est. ἐμοῦ θανόντος κ. τ. λ. Nauck, Trag. Gr. Fragm., Adesp. fr. 513, 1. simile de Tiberio: p. 5.

Praeter sua etiam aliorum carmina cantabat: infra.

Schol. Pers. 1, 127 sq: infra (ad dubia fragm.).

Plin. epist. 3, 5, 5 (de Plinio maiore.) dubii sermonis octo scripsit sub Nerone novissimis annis, cum omne studiorum genus paulo liberius et erectius periculosum servitus fecisset. Schiller p. 622 sq.

Suet. vita Lucani p. 50—52 (332 sq Hos.) ⟨M. Annaeus Lucanus Cordubensis⟩ * * * prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine. . . . hic initio adulescentiae . . . * * * revocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus non tamen permansit in gratia: si quidem aegre ferens, ⟨quod Nero se⟩ recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessisset, neque verbis adversus principem neque factis excitantibus post haec temperavit, adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum crepitu ventris emissi hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiarit „sub terris tonuisse putes". sed et famoso carmine cum ipsum, tum potentissimos amicorum gravissime proscidit. ad extremum paene signifer Pisonianae coniurationis extitit, multus in gloria tyrannicidarum palam praedicanda ac plenus minarum, usque eo intemperans, ut Caesaris caput proximo cuique iactaret. verum detecta coniuratione nequaquam parem animi constantiam praestitit. . . . impetrato autem mortis arbitrio libero . . . ⟨quod Nero se⟩ Reiff. excitantibus Jahn | ex(s)tantibus codd. laudibus Neronis: in Pompei theatro (altera vita [Vaccae]); cf. Stat. Silv. 2, 7, 58 ingratus Nero dulcibus theatris . . . tibi proferetur (= a te praedicabitur).

Tac. ann. 15, 49 (in coniuratione a. 65) Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius

premebat Nero prohibueratque ostentare vanus adsimulatione. aemulatione Lips.

Dio 62, 29, 4 ὁ δὲ δὴ Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ἐπὶ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο.

[Vaccae] vita Lucani p. 77 Reiff. (335 sq Hos.) declamavit et graece et latine cum magna admiratione audientium. ob quod puerili mutato in senatorium cultum et in notitiam Caesaris Neronis facile pervenit et honore vixdum aetati debito dignus iudicatus est. gessit autem quaesturam . . . , sacerdotium etiam accepit auguratus. equidem hactenus tempora habuit secunda. quae sequuntur autem mutata invidia et odio Neronis ipsi exitium . . . attulerunt. cum inter amicos Caesaris tam conspicuus fieret profectus ⟨eius⟩ in poetica, frequenter offendebat; quippe et certamine pentaeterico acto in Pompei theatro laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus et ex tempore Orphea scriptum in experimentum adversum complures ediderat poetas et tres libros, quales videmus. quare inimicum sibi fecit imperatorem. quo ambitiosa vanitate non hominum tantum, sed et artium sibi principatum vindicante interdictum est ei poetica, · · · . · · · speransque ultionem a coniuratis in caedem Neronis socius assumptus est, · · · . sua sponte coactus vita excedere . . . ⟨eius⟩ Reiff. offendebat Weber | offendebatur C | ostendebatur cet. adversum Weber | ac verum (vero E) codd. pentaeterico = quinquennali a. 60, cf. infra (ludi a Nerone instituti).

Vita cod. Vossiani II (p. 337 Hos.) primo apud imperatorem Neronem maximum potuit, adeo ut etiam de componendis versibus nonnumquam inter se contenderent. et q. s.

Hier. a. Abr. 2079 (63) M. Annaeus Lucanus Cordubensis poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus bracchium ad secandas venas medico praebuit.

Stat. Silv. 2, 7, 100—104 (genethl. Lucani)

sic et tu — rabidi nefas tyranni! —
iussus praecipitem subire Lethen . . .
o dirum scelus, o scelus! — tacebis.

Mart. 7, 21, 3

Heu Nero crudelis nullaque invisior umbra,
debuit hoc saltim non licuisse tibi.

licuisse: Mart. cogitavisse videtur de Neronis verbo, qui negaverat quemquam principem scisse, quid sibi liceret (Suet. 37, 3).

H. Genthe, De M. Annaei Lucani vita et scriptis, diss. Berl. 1859 p. 18—33. Teuffel § 303.

P e r s i i quoque famae Neronem obtrectavisse et hac re iratum Persium prima sua satira Neronem poetam aggressum esse opinatur Kukula, Pers. u. Nero (Graz 1923) p. 98—101. cf. infra (dubia fragmenta).

P e t r o n i u m, inter paucos familiarium Neroni adsumptum, elegantiae arbitrum, anno 66 Tigellinus quasi aemulum et scientia voluptatum potiorem adgreditur, amicitiam Scaevini coniurati obiectans. Petronius Neronem noxium iudicavit, cum, antequam mortem sibi conscisceret, flagitia principis perscriberet atque obsignata Neroni mitteret: Tac. 16, 18 sq.

Tac. ann. 15, 71 (in coniuratione a. 65) V e r g i n i u m ⟨F l a v u m et M u s o n i u m⟩ R u f u m claritudo nominis expulit; nam Verginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat. ⟨Flavium et Musonium⟩ Walther Verginius Flavus rhetor, Persii magister PIR V 283 Musonius sapientiae doctor, Tusci generis Tac. 14, 59. Causa exilii: Philostr. v. Ap. 7, 16 (Aelianus Domitiano) Μουσώνιον τὸν Τυρρηνὸν πολλὰ τῇ ἀρχῇ ἐναντιωθέντα (ὁ Νέρων) τῇ νήσῳ ξυνέσχεν, ᾗ ὄνομα Γύαρα. Suid. Μουσ. Καπίτωνος· . . . διὰ γοῦν τὴν παρρησίαν καὶ τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας ὑπὸ Νέρωνος ἀναιρεῖται (ἀναιρεῖται Suidae error; idem error Suid. Κορνοῦτος). Romae in carcere: Philostr. v. Ap. 4, 35 (ibi male ὁ Βαβυλώνιος: PIR M 549; Hense p. XXXII—IV) et 4, 46, ubi Philostr. epistulas inter Apollonium et Musonium scriptas ficturus est. Exilium: Dio 62, 27, 4. Ioh. Antioch. FHG edd. Müller 4 p. 575 Iulian epist. ad Theod. 30 Bid.; cf. fr. 3 Hertlein p. 608 = Suid. Μουσ. Καπιτ.; ad Themist. p. 253 Sp. (Hertl. p. 343, 22). Themist. orat. 6 p. 72 d. De exilio ipse scripsit Ὅτι οὐ κακὸν ἡ φυγή: Hense, C. Musonii Rufi rel. p. 49, 10 sqq. Ad Isthmum fodit: Philostr. v. Ap. 5, 19. Ps.-Luciani Nero dialogus est inter Menecratem et Musonium habitus. Muson. in Isthmo fodisse negant Hirzel, Dialog 2 p. 245 et Hense p. XXXII.

Hier. a. Abr. 2083 (67; Armen. a. Abr. 2080, 64/65) Nero cum ceteris viris insignibus et Octaviam uxorem suam interficit C o r n u t u m q u e philosophum praeceptorem Persii in exilium fugat. Octaviae nex a. 62 (Tac. 14, 64); Cornuti exilium in a. 65 refert Reppe p. 14 sq (in a. 66 aut 68 v. Arnim RE 1, 2225, 46). D i o 62, 29 infra (Neronis scripta: rerum Romanarum libri C). Joh. Antioch. FHG Müll. 4 p. 575. Suid. Κορνοῦτος Λεπτίτης φιλόσοφος . . . γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος καὶ πρὸς αὐτοῦ ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ ἔγραψε φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά. (ἀναιρεθείς error) Reppe, De L. Annaeo Cornuto, diss. Lips. 1906.

Philostr. v. Ap. 4, 42 ὁπότε γυμνάσιον μὲν ἐποιήθη τῷ Νέρωνι θαυμασιώτατον τῶν ἐκεῖ λευκὴν δ' ἔθυον ἐν αὐτῷ ἡμέραν Νέρων τε αὐτὸς καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη καὶ τὸ ἱππεῦον τῆς Ῥώμης, παρελθὼν δὲ ὁ Δ η μ ή τ ρ ι ο ς ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον διεξῆλθε λόγον κατὰ τῶν λουμένων ὡς ἐκλελυμένων τε καὶ αὐτοὺς χραινόντων, καὶ ἐδείκνυεν, ὅτι περιττὸν ἀνάλωμα εἴη τὰ τοιαῦτα, ἐφ' οἷς ξυνήρατο μὲν αὐτῷ ⟨τοῦ⟩ μὴ ἀποθανεῖν αὐτίκα τὸ τὸν Νέρωνα εὐφωνότατα ἑαυτοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ᾄδειν · · · . οὐ μὴν διέφυγεν ὁ Δημήτριος τὸ ἐφ' οἷς

εἶπε κινδυνεῦσαι· Τιγελλῖνος γάρ, ὑφ' ᾧ τὸ ξίφος ἦν τοῦ Νέρωνος, ἀπήλαυνεν αὐτὸν τῆς Ῥώμης ὡς τὸ βαλανεῖον κατασκάψαντα οἷς εἶπε, · · · 5, 19 μετὰ γὰρ τὸ Νέρωνος βαλανεῖον καὶ ἃ ἐπ' αὐτῷ εἶπε διῃτᾶτο Ἀθήνησιν ὁ Δημήτριος οὕτω γενναίως, ὡς μηδὲ τὸν χρόνον, ὃν Νέρων περὶ τοὺς ἀγῶνας ὕβριζεν, ἐξελθεῖν τῆς Ἑλλάδος. cf. 7, 12 Demetrius Apollonio, 7, 16 Aelianus Domitiano. Sen. benef. 7, 11, 1 supra p. 26. gymnasium dedicatum 60 aut 61: Schiller p. 154 cum nota 4. ἀπήλαυνεν 66: 5, 19 et Tac. 16, 34. causam exilii v. Arnim amicitiam Thraseae Paeti fuisse censet, RE 4, 2843, 39 sqq. λευκὴν ἔθυον ἡμέραν diem festum celebrabant. Demetrius: Schiller p. 703 sq. Zeller-Wellmann III 1[4] (1909) p. 794—6.

Philostr. v. Ap. 4, 35 Νέρων οὐ συνεχώρει φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ περίεργον αὐτῷ χρῆμα οἱ φιλοσοφοῦντες ἐφαίνοντο καὶ μαντικὴν συσκιάζοντες, καὶ ἤχθη ποτὲ ὁ τρίβων ἐς δικαστήριον ὡς μαντικῆς σχῆμα. ἐῶ τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ Μουσώνιος . . . 4, 38 (Apoll. Romam intraturus comitibus:) ἴωμεν οὖν ἐς τὴν Ῥώμην, εἴγε ἐρρώμεθα, πρὸς γὰρ τὰ Νέρωνος κηρύγματα, δι' ὧν ἐξείργει φιλοσοφίαν, ἔστιν ἡμῖν τὸ τοῦ Σοφοκλέους ⟨λέγειν⟩. „οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε" οὐδὲ Μοῦσαι καὶ Ἀπόλλων λόγιος. εἰκὸς δὲ καὶ αὐτὸν Νέρωνα γιγνώσκειν τὰ ἰαμβεῖα ταῦτα τραγῳδίᾳ, ὥς φασι, χαίροντα. οὐ . . . τάδε Antig. 450 4, 47 ἐξελαύνοντος δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα τοῦ Νέρωνος καὶ προσκηρύξαντος δημοσίᾳ μηδένα ἐμφιλοσοφεῖν τῇ Ῥώμῃ τρέπεται ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ τὰ ἑσπέρια τῆς γῆς . . . Schiller, Nero p. 193 et 588! Post coniurationem anni 65 cynicos et stoicos philosophos imperatori semper infestos oppressos esse non miramur.

Suet. 39, 1 (Agrippina necata a. 59) mirum et vel praecipue notabile inter haec fuerit nihil eum patientius quam maledicta et convicia hominum tulisse neque in ullos leniorem quam qui se dictis aut carminibus lacessissent extitisse. multa graece latineque proscripta aut vulgata sunt sicut illa: Νέρων Ὀρέστης Ἀλκμέων μητροκτόνος . . . sed neque auctores requisiit aut quosdam per indicem delatos ad senatum affici graviore poena prohibuit. cf. Dio 61, 16, 3.

Tac. ann. 14, 48 sq (p. Chr. 62) Antistius praetor . . . probrosa adversus principem carmina factitavit vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. exim a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat, maiestatis delatus est. tum primum revocata ea lex, credebaturque haud perinde exitium Antistio quam imperatori gloriam quaeri, ut condemnatum a senatu intercessione tribunicia morti eximeret. (patres primo mortem,

tum Thrasea auctore exilium bonis publicatis poenam statuerunt.) at consules perficere decretum senatus non ausi de consensu scripsere Caesari. ille inter pudorem et iram cunctatus postremo rescripsit: nulla iniuria provocatum Antistium gravissimas in principem contumelias dixisse; earum ultionem a patribus postulatam, et pro magnitudine delicti poenam statui par fuisse. ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. statuerent, ut vellent. datam et absolvendi licentiam. his atque talibus recitatis et offensione manifesta non ideo et consules mutavere relationem aut Thrasea decessit sententia ceterive, quae probaverant, deseruere, . . . Tac. 16, 21 hanc sententiam inter causas mortis Thraseae refert. De Antistio Sosiano v. Rohden RE 1, 2558, 13 sqq. Henderson, Life and Princ. of Nero p. 96 „Nero's action is praiseworthy. He lets the Senate alone and free to decide in a case where he alone is the aggrieved party."

Tac. ann. 14, 50 (p. Chr. 62) Fabricius Veiento conflictatus est, quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen codicillorum dederat. adiciebat Tullius Geminus accusator vendita ab eo munera principis et adipiscendorum honorum ius. quae causa Neroni fuit suscipiendi iudicii, convictumque Veientonem Italia depulit et libros exuri iussit conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur; mox licentia habendi oblivionem attulit. Groag RE 6, 1938 sqq.

Suet. 32, 2 (ut spes auri Tyrii fefellit, instituit) ut lege maiestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur. circa a. 65, cf. Tac. 16, 2.

Tac. ann. 16, 28—33 (p. Chr. 66) . . . Marcellus . . . clamitabat . . . nimium mites ad eam diem patres, qui . . . Curtium Montanum detestanda carmina factitantem eludere impune sinerent. 29 (patrum cogitationes:) enimvero Montanum probae iuventae neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi. 33 (patrum iudicium:) Montanus patri concessus est, praedicto, ne in re publica haberetur. eludere „entschlüpfen" Nipp. protulerit ingenium: cf. de Lucano, Persio, Seneca. Suet. 23, 2. Ps.-Luc. Nero 9. patri: Neronis comes fuit „noverat ille . . . noctes Neronis; . . . nulli maior fuit usus edendi tempestate mea" eqs Iuv. 4, 136—143. Montanus: Tac. hist. 4, 40; 42 (contra hunc Marcellum et alios accusatores in senatu dicit). Groag RE 4, 1867 sq.

Suet. 39, 3 transeuntem eum (= Neronem) Isidorus Cynicus in publico clara voce corripuerat, quod Naupli mala bene cantitaret, sua bona male disponeret; . . . philo-

sophum Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summovit vel contemptu omnis infamiae vel ne fatendo dolorem irritaret ingenia. [cantitaret] Jahn, Philol. 26 (1867) p. 16. Naupli mala: Aeschyli, Soph., Philoclis, Astydamae min., Lycophrontis dramata; Timothei dithyrambus; imperatorum R. temporibus saepe a pantomimis saltata. Isidorus notus non est.

Nero scientiam augebat.

Nili caput investigandum curat: Sen. nat. 6, 8, 3; cf. Lucan. 10, 187—284 (H. Diels, Seneca u. Lucan, Abh. Preuss. Akad. 1885). Aethiopiam explorat: Plin. 6, 181; 6, 184—6; 12, 19; cf. Tac. 15, 36 (p. Chr. 64) „Aegyptum secretis imaginationibus agitans", quas fortasse fovebat Chairemon, Neronis magister (Ed. Schwartz RE 3, 2026, 43—50). de bello Aethiopico Dio 63, 8, 1 sq cf. Schumann, Hell. u. grch. Elem. i. d. Reg. Neros p. 14—20. In Argolide Alcyonii lacus altitudinem explorat: Paus. 2, 37, 5, cf. Curtius Peloponnes 2 (1852) p. 369 sq. Isthmum Corinthium perfodere incipit: Suet. 19, 2; 37, 3; Philostr. v. Ap. 4, 24; Ps.-Luc. Nero; alias. Hydraulam corrigere studet: Suet. 41, 2; 54; Dio 63, 26, 4 sq; cf. Tittel RE 9, 73, 34—37.

Neronis eloquentia.

Eloquentiae magister Seneca: Tac. ann. 13, 2 et 14, 55 supra p. 44; Suet. 52 p. 45;

Suet. rhet. 1 Nero Caesar primo imperii anno, publice quoque bis antea, declamavit. Suet. Nero 10, 2 (imperium adeptus) declamavit saepius publice.

Suet. 7, 2 (toga virili accepta et post adoptionem) deductus in forum tiro populo congiarium, militi donativum proposuit indictaque decursione praetorianis scutum sua manu praetulit; exin patri gratias in senatu egit.

apud eundem consulem pro Bononiensibus latine, pro Rhodis atque Iliensibus graece verba fecit.

adoptatus anno 50 (cf. p. 45, 6); toga virilis 51 (Nipp. ad Tac. ann. 12, 25). Claud. cos. IV. anno 47, cos. V. (et ultimum) 51.

Tac. ann. 12, 58 (p. Chr. 53) D. Iunio Q. Haterio consulibus sedecim annos natus Nero Octaviam, Caesaris filiam, in matrimonium accepit. utque studiis honestis et eloquentiae gloria enitesceret, causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam aliaque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus perpetrat, ut Ilienses omni publico munere solverentur.

eodem oratore Bononiensi coloniae igni haustae subventum centies sestertii largitione,
reddita Rhodiis libertas adempta saepe aut firmata, . . . tributumque Apamensibus terrae motu convolsis in quinquennium remissum. sedecim annos natus erat 15. 12. 53. Ilium: Suet. Claud. 25, 3; CIGr 3610; Calp. ecl. 1, 44 sq: iuvenem beata sequuntur saecula maternis causam qui vicit Iulis. Rhodus: Suet. Claud. 25, 3; laus Neronis Rhodios aliquando iuvantis Anthol. Pal. 9, 178. Apamea Κιβωτός in Phrygia ad Menandrum sita (Nipp.). Anno 53 omnes has orationes habitas esse Tac. recte referre demonstravit Fabia, Revue de philol. 20 (1896) p. 131—6. Vix solus eas orationes composuit Nero.

Tac. ann. 13, 3 (p. Chr. 54) die funeris laudationem eius (= Claudii) princeps exorsus est, dum antiquitatem generis, consulatus ac triumphos maiorum enumerabat, intentus ipse et ceteri; liberalium quoque artium commemoratio et nihil regente eo triste rei publicae ab externis accidisse pronis animis audita. postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risui temperare, quamquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret, ut fuit illi viro ingenium amoenum et temporis eius auribus accomodatum. adnotabant seniores . . . primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienae facundiae eguisse. nam dictator Caesar summis oratoribus aemulus; . . . Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: caelare, pingere et q. s. Plin. paneg. 11, 1 dicavit caelo . . . Claudium Nero, sed ut inrideret Suet. 9 Claudium apparatissimo funere elatum laudavit ⟨et⟩ consecravit.

Tac. ann. 13, 11 (p. Chr. 55) secuta lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messalinae ordine demotum reddidit senatui, clementiam suam obstringens crebris orationibus, quas Seneca testificando, quam honesta praeciperet, vel iactandi ingenii voce principis vulgabat. Seneca . . . vulgabat: Tac. 14, 10 sq (epistula senatui mittenda de Agrippinae nece). Quint. 8, 5, 18. Dio 61, 3, 1. cf. Tac. 14, 52 p. 45 (eloquentiae laudem Senecam uni sibi asciscere).

Fronto epist. p. 123 N supra p. 27. De Nerone melius quam de Caligula.

Orationes post Senecae mortem habitae:

Tac. ann. 16, 6 (p. Chr. 65) post finem ludicri (quinquennalis) Poppaea mortem obiit . . . laudavitque ipse apud rostra formam eius et quod divinae infantis parens fuisset aliaque fortunae munera pro virtutibus. Hanc orationem ipsius Neronis esse crediderim.

Suet. 24, 2 decedens deinde (ex Achaia) provinciam universam libertate donavit simulque iudices civitate Romana et pecunia grandi. quae beneficia e medio stadio Isthmiorum die sua ipse voce pronuntiavit. IG 7, 2713, 7—26 συνελθόντων τῶν ὄχλων ἐν ἐκκλησίᾳ προσεφώνησεν τὰ ὑπογεγραμμένα· Ἀπροσδόκητον ὑμεῖν, ἄνδρες Ἕλληνες, δωρεάν, εἰ καὶ μηδὲν παρὰ τῆς ἐμῆς μεγαλοφροσύνης ἀνέλπιστον χαρίζομαι, τοσαύτην ὅσην οὐκ ἐχωρήσατε αἰτεῖσθαι. πάντες οἱ τὴν Ἀχαίαν καὶ τὴν ἕως νῦν Πελοπόννησον κατοικοῦντες Ἕλληνες, λάβετε ἐλευθερίαν ἀνεισφορίαν, ἣν οὐδ' ἐν τοῖς εὐτυχεστάτοις ὑμῶν πάντες χρόνοις ἔσχετε· ἢ γὰρ ἀλλοτρίοις ἢ ἀλλήλοις ἐδουλεύσατε. εἴθε μὲν οὖν ἀκμαζούσης τῆς Ἑλλάδος παρειχόμην ταύτην τὴν δωρεάν, ἵνα μου πλείονες ἀπολαύωσι τῆς χάριτος· δι' ὃ καὶ μέμφομαι τὸν αἰῶνα προδαπανήσαντά μου τὸ μέγεθος τῆς χάριτος· καὶ νῦν δὲ οὐ δι' ἔλεον ὑμᾶς, ἀλλὰ δι' εὔνοιαν εὐεργετῶ, ἀμείβομαι δὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν, ὧν καὶ διὰ γῆς καὶ διὰ θαλάττης ἀεί μου προνοουμένων πεπείραμαι, ὅτι μοι τηλικαῦτα εὐεργετεῖν παρέσχον. πόλεις μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι ἠλευθέρωσαν ἡγεμόνες, [Νέρων δὲ ὅλην] ἐπαρχείαν. [Νέρων δὲ ὅλην] erasum in lapide Ed. et comm. IG. Dessau 8794. Dittenb. Syll. ³ 814. Wilam., Grch. Leseb. II p. 395 sq, Erläut. II p. 258 sq. 28. 11. (init. inscriptionis) anni 66 (Vogt, Die alex. Münzen I p. 34 sq.) aut 67 (Dessau II p. 270).

Suet. 47 nuntiata interim etiam ceterorum exercituum defectione . . . varie agitavit, Parthosne an Galbam supplex peteret an atratus prodiret in publicum proque rostris quanta maxima posset miseratione veniam praeteritorum precaretur ac, ni flexisset animos, vel Aegypti praefecturam concedi sibi oraret. inventus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus; sed deterritum putant, ne prius quam in forum perveniret discerperetur.

Aur. Vict. Caes. 8, 7 supra p. 16. De Nerone minus recte scribere videtur.

Nero certamina musica instituit more graeco. Ipse cantat et fabulas in scaena agit.

Tac. ann. 13, 3 Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: caelare, pingere, cantus aut regimen equorum exercere. Suet. 20, 1 inter ceteras disciplinas pueritiae tempore imbutus et musica statim, ut imperium adeptus est, Terpnum citharoedum vigentem tunc praeter alios arcessiit diebusque continuis post cenam canenti in multam noctem assidens paulatim et ipse meditari exercerique coepit, neque eorum quic=

quam omittere, quae generis eius artifices vel conservandae vocis causa vel augendae factitarent; . . . donec blandiente profectu, quamquam exiguae vocis et fuscae, prodire in scaenam concupiit, subinde inter familiares graecum proverbium iactans occultae musicae nullum esse respectum. Luc. Harm. 1 οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπορρήτου, φασί, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς; idem proverbium Gell. 13, 31, 3. Dio 63, 1, 1 (p. Chr. 66) . . . Μενεκράτους τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου. Μενεκράτους Reimar. | μὲν ἐκρότουν codd. cf. p. 61 et Suet. 30.

Sen. apocol. 4, 21—23 (p. Chr. 54)

Phoebus ait: Vincat mortalis tempora vitae
ille mihi similis voltu similisque decore
nec cantu nec voce minor.

De Neronis voce Plin nat. 34, 166; 19, 108. Dio 63, 26, 1 sq. Philostr. v. Ap. 4, 44. De eius arte canendi iudicia: Suet. 41, 1. Philostr. v. Ap. 5, 10; 5, 7. Ps.-Luc. Nero 6 sq.

Anno 57? Suet. 12 munere, quod in amphitheatro ligneo regione Martii campi intra anni spatium fabricato dedit, neminem occidit . . . ; pyrrichas quasdam e numero epheborum (exhibuit), . . . inter pyrricharum argumenta taurus Pasiphaam ligneo iuvencae simulacro abditam iniit, ut multi spectantium crediderunt; Icarus primo statim conatu iuxta cubiculum eius decidit ipsumque cruore respersit. id amphitheatrum exstructum est anno 57: Tac. ann. 13, 31.

Anno 59. Tac. ann. 14, 12 miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria utque Quinquatrus, quibus apertae insidiae essent, ludis annuis celebrarentur. Dio 61, 17, 2 sq ἐπὶ δὲ τῇ μητρὶ καὶ ἑορτὴν μεγίστην δὴ καὶ πολυτελεστάτην ἐποίησεν, ὥστε ἐν πέντε ἢ καὶ ἓξ ἅμα θεάτροις ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πανηγυρίσαι . . . . . . καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οὐχ ὅπως τοῦ ἱππικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν ὀρχήστραν καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον τό τε θέατρον τὸ κυνηγητικὸν ἐσῆλθον ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν καὶ ὠρχήσαντο τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο καὶ ἐκιθαρῴδησαν . . . οἱ μὲν ἐθελονταί, οἱ δὲ καὶ πάνυ ἄκοντες. 18, 3 τότε μὲν δὴ τοσαῦτα Σωτήρια, ὥς δὴ ἔλεγεν, ἑώρτασε.

Anno 59? Suet. 11, 2 ludis, quos pro aeternitate imperii susceptos appellari Maximos voluit, ex utroque ordine et sexu plerique ludicras partes sustinuerunt; notissimus eques R. elephanto supersidens per catadromum decucurrit; inducta Afrani togata, quae Incendium ⟨in-⟩

scribitur, concessumque, ut scaenici ardentis domus supellectilem diriperent ac sibi haberent. · · · hos ludos spectavit e proscaeni fastigio. 11, 1 „scaenici ludi". Idem ludi atque Soteria Dionis esse videntur: ipse non cantavit, partes agebant homines utriusque ordinis et sexus, elephas decucurrit; „pro aeternitate imperii" et Soteria et Neronia celebrata esse traduntur (Dio 61, 21, 1 de Neroniis: ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ — οὕτω γάρ που προέγραψεν.)

Anno 59. Tac. ann. 14, 14 sq vetus illi cupido erat curriculo quadrigarum insistere nec minus foedum studium cithara ludicrum in modum canere. · · · enimvero cantus Apollini sacros talique ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium. nec iam sisti poterat, cum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret · · · . ceterum evulgatus pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit. ratusque dedecus molliri, si plures foedasset, nobilium familiarum posteros egestate venales in scaenam deduxit. · · · c. 15 ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quominus graeci latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. quin et feminae inlustres deformia meditari. · · · postremum ipse scaenam incedit, multa cura temptans citharam et praemeditans adsistentibus phonascis. accesserat cohors militum, centuriones tribunique et maerens Burrus ac laudans. tuncque primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustianorum · · · . ii dies ac noctes plausibus personare, formam principis vocemque deum vocabulis appellantes; . . . Iuvenalium Puteol. (e Suet. et Dione) | Iuvenilium cod. 15, 33 infra p. 57. 16, 21 (Thraseae Paeto infensus erat) . . . quodque Iuvenalium ludicro parum spectabilem operam praebuerat; eaque offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis cetariis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat. cetariis Nipp. | cetastis cod. Suet. 11, 1 spectaculorum plurima et varia genera edidit: iuvenales, circenses, scaenicos ludos, gladiatorium munus. iuvenalibus senes quoque consulares anusque matronas recepit ad lusum. ludos male discernit Suetonius Dio 61, 19 sq μετὰ δὲ ταῦτα ἕτερον αὖ εἶδος ἑορτῆς ἤγαγεν, ἐπεκλήθη δὲ Ἰουουενάλια ὥσπερ

τινὰ νεανισκεύματα, καὶ ἐτελέσθη ἐπὶ τῷ γενείῳ αὐτοῦ. · · · οἵ τε ἄλλοι οἵ τε εὐγενέστατοι πάντως τι ἐπεδείξαντο. · · · Αἰλία Κατέλλα τοῦτο μὲν γένει καὶ πλούτῳ προήκουσα, τοῦτο δὲ καὶ ἡλικίᾳ προφέρουσα — ὀγδοηκοντοῦτις γὰρ ἦν — ὠρχήσατο οἵ τε λοιποὶ οἱ διὰ γῆρας ἢ νόσον ἰδίᾳ μηδὲν ποιῆσαι δυνάμενοι ἐχορῴδησαν. ἤσκουν μὲν γὰρ πάντες ὅ τι τις καὶ ὁπωσοῦν οἷός τε ἦν, καὶ ἐς διδασκαλεῖα ἀποδεδειγμένα συνεφοίτων οἱ ἐλλογιμώτατοι, ἄνδρες γυναῖκες κόραι μειράκια γραῖαι γέροντες· εἰ δέ τις μὴ ἐδύνατο ἐν ἑτέρῳ τῳ θέαν παρασχεῖν, ἐς τοὺς χοροὺς κατεχωρίζετο. καὶ ἐπειδή γέ τινες αὐτῶν προσωπεῖα ὑπ' αἰσχύνης, ἵνα μὴ γνωρίζωνται, περιέθεντο, περιεῖλεν αὐτὰ τοῦ δήμου δῆθεν ἀξιώσαντος · · · c. 20 παρῆλθέ τε καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἐς τὸ θέατρον · · · ἐκιθαρῴδησέ τε Ἄττιν τινὰ ἢ Βάκχας · · · , πολλῶν μὲν στρατιωτῶν παρεστηκότων, παντὸς δὲ τοῦ δήμου, ὅσον αἱ ἕδραι ἐχώρησαν, καθημένου · · · ἐπὶ τῷ γενείῳ: Suet. 12, 3 p. 58. Ἄττιν ἢ Βάκχας: Neronis carmen fuisse videtur, cf. infra. δήμου: vix plebs (Tac. ann. 15, 33 p. Chr. 64 adhuc per domum et hortos cecinerat Iuvenalibus ludis.) Plin. nat. 37, 19 . . . theatrum peculiare trans Tiberim in hortis, quod a populo impleri canente se, dum Pompeiano proludit, etiam Neroni satis erat.

Anno 60. Tac. ann. 14, 20 sq Nerone quartum Cornelio Cosso consulibus quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morem graeci certaminis, varia fama, ut cuncta ferme nova. (alii:) . . . spectaculorum quidem antiquitas servaretur . . . nulla cuiquam civium necessitate certandi. ceterum . . . patrios mores funditus everti per accitam lasciviam, ut . . . degeneret studiis externis iuventus gymnasia et otia et turpes amores exercendo, principe et senatu auctoribus, qui . . . vim adhibeant, ⟨ut⟩ proceres Romani specie orationum et carminum scaena polluantur. · · · an iustitiam auctum iri et decurias equitum egregium iudicandi munus ⟨melius⟩ expleturas, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? (alii:) . . . oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis adlaturas; . . . (Tacitus:) sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. ac ne modica quidem studia plebis exarsere, quia redditi quamquam scaenae pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. eloquentiae primas nemo tulit, sed victorem esse Caesarem pronuntiatum. Suet. 12, 3 instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more graeco triplex, musicum gymnicum equestre, quod appellavit Neronia; dedicatisque thermis atque gymnasio senatui quoque et

equiti oleum praebuit. magistros toto certamini praeposuit consulares sorte sede praetorum. deinde in orchestram senatumque descendit et orationis quidem carminisque latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit, citharae autem a iudicibus ad se delatam adoravit ferrique ad Augusti statuam iussit. gymnico . . . barbam primam posuit . . . ad athletarum spectaculum invitavit et virgines Vestales, quia Olympiae quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur. Dio 61, 21 ὑπὲρ δὲ δὴ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ — οὕτω γάρ που προέγραψεν — ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας, καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ γυμνάσιον ᾠκοδόμησεν κτλ. τὸν μέντοι στέφανον τὸν τῶν κιθαρῳδῶν ἀνικεὶ ἔλαβε πάντων ὡς καὶ ἀναξίων τῆς νίκης ἐκβληθέντων, καὶ εὐθὺς ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον ⟨ἐσαχθεὶς⟩ ἐν τῇ στολῇ [σφων] ⟨τῇ κιθαρῳδικῇ ἐς τὰ τῶν νικησάντων λευκώματα⟩ ἐσεγράφη. ⟨ἐσαχθεὶς⟩ Reiske [σφων] ⟨τῇ κτλ⟩ Reiske
quinquennale certamen: sicut lustrum Romanum. utriusque eloquentiae (= eloq. carminisque latini: Suet.) coronam recepit, quamquam non certaverat; Schiller p. 138 „seine wiederholten Reden im Senate und wohl auch bei andern Gelegenheiten schienen diesen Akt höfischer Schmeichelei zu rechtfertigen." Barbae depositionem (Suet.) Dio (61, 19, 1 supra p. 57) ad Iuvenalia anni 59 refert. In gymnasio dedicando Neronem cantavisse dicit Philostr. v. Ap. 4, 24 (supra p. 49) exigua auctoritate. Hier. Abr. 2076 (60) Nero Romae cithara contendens superat. Non tempore, sed re errat Hier.: Nero „superavit", neque vero contenderat. Suet. vita Lucani p. 50, 3—5 ⟨M. Annaeus Lucanus⟩ . . . prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine. Vaccae vita Lucani (p. 77, 17 sq Reiff.) certamine pentaeterico acto in Pompei theatro laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus. Stat. silv. 2, 7, 58. De Neroniis anni 60 vel 65 agere videtur CIL 4, 1745. Nummi: Eckhel 6 p. 264; Cohen 1 ² p. 282 sq nr. 46—65: CERTA. QUINQ. ROM. CO. S. C. cum urna et corona in mensa collocatis. Neronia anno 65 iterata: p. 59 sq.

Anno 63. Tac. ann. 15, 23 (cum Neroni filia nata esset, a senatu) certamen ad exemplar Actiacae religionis decretum, . . . quae fluxa fuere quartum intra mensem defuncta infante. Actiacae: gymnicum et musicum certamen (Stat. silv. 2, 2, 6—9).

Anno 64. Tac. ann. 15, 33—36 . . . acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscas scaenas frequentandi. nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos ut parum celebres et tantae voci angustos spernebat. non tamen Romae incipere ausus Neapolim

quasi graecam urbem delegit. inde initium fore, ut transgressus in Achaiam insignesque et antiquitus sacras coronas adeptus maiore fama studia civium eliceret. · · · 34. illic, plerique ut arbitra⟨ba⟩ntur, triste, ut ipse, providum potius et secundis numinibus evenit. nam egresso qui affuerat populo vacuum et sine ullius noxa theatrum collapsum est. ergo per c o m p o s i t o s c a n t u s grates dis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans petiturus maris Hadriae traiectus apud Beneventum interim consedit, . . . 36 nec multo post omissa in praesens Achaia — causae in incerto fuere — urbem revisit, provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans. compositus i. q. perfectus, comptus, elaboratus, disertus: Thes. l. l. 3, 2132, 36 sqq. Aegyptum: cf. Schumann, Hell. u. grch. Elemente i. d. Reg. Neros, diss. Lips. 1930, p. 14—21 Neros alex. Reisepläne.

Suet. 20, 2 prodiit Neapoli primum ac ne concusso quidem repente motu terrae theatro ante c a n t a r e destitit, quam incohatum absolveret n o m o n. ibidem saepius et per complures cantavit dies; sumpto etiam ad reficiendam vocem brevi tempore impatiens secreti a balineis in theatrum transiit mediaque in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subbibisset, a l i q u i d s e s u f f e r i t i n n i t u r u m graeco sermone p r o m i s i t.
sufferi MG | sufferri cet. | sufferti ed. Ven. I, alii.

Anno 64 Nero in conspectu urbis flagrantis T r o i a e i n t e r i t u m c a n t a v i s s e dicitur, fortasse carmine a se ipso composito (cf. infra): Tac. 15, 39. Suet. 38, 2. Dio 62, 18 Hier. a. Abr. 2080 (res turbat). Negat cum aliis Hohl (RE Suppl. 3 p. 380, 31—381, 12), credit Henderson (p. 239), cui assentior.

Anno 65. Tac. ann. 16, 2—4 (nuntius allatus erat in Africa vim auri provenisse.) ac forte q u i n q u e n n a l e l u d i c r u m s e c u n d o l u s t r o celebra⟨ba⟩tur, oratoribusque praecipua materia in laudem principis adsumpta est. non enim solitas tantum fruges nec confusum metallis aurum gigni, sed nova ubertate provenire terram et obvias opes deferre deos, quaeque alia summa facundia nec minore adulatione servilia fingebant securi de facilitate credentis. 4 interea senatus propinquo iam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert imperatori victoriam cantus adicitque facundiae coronam, qua ludicra deformitas velaretur. sed Nero nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans, se aequum adversum aemulos et religione iudicum meritam laudem adsecuturum, primo c a r m e n in scaena r e c i t a t; mox flagitante vulgo, ut omnia studia sua publicaret — haec enim verba di-

xere — ingreditur theatrum cunctis citharae legibus obtemperans, ne fessus resideret eqs. postremo flexus genu et coetum illum manu veneratus sententias iudicum opperiebatur ficto pavore. oratoribusque Bekker | avaratoribus oratoribusque cod. | a vatibus oratoribusque Brotier. Tac. 15, 50 cepisse impetum Subrius Flavus ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi Suet. 21 cum magni aestimaret cantare etiam Romae, Neroneum agona ante praestitutam diem revocavit flagitantibusque cunctis caelestem vocem respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum, sed adiuvante vulgi preces etiam statione militum, quae tunc excubabat, repraesentaturum se pollicitus est libens; ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharoedorum iussit ascribi sorticulaque in urnam cum ceteris demissa intravit ordine suo, simul praefecti praetorii citharam sustinentes, post tribuni militum iuxtaque amicorum intimi. utque constitit, peracto principio Niobam se cantaturum per Cluvium Rufum consularem pronuntiavit et in horam fere decimam perseveravit coronamque eam et reliquam certaminis partem in annum sequentem distulit, ut saepius canendi occasio esset. quod cum tardum videretur, non cessavit identidem se publicare. Dio 62, 29, 1 ὁ δὲ Νέρων ἄλλα τε γελοῖα ἔπραττε καί ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήστραν ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη καὶ ἀνέγνω Τρωικά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα. Τρωικά: infra inter Neronis carmina. Anthol. Lat. 725, 22—48 (carm. Einsiedl. I, laus Neronis)

Ladas. Maxime divorum caelique aeterna potestas,
seu tibi, Phoebe, placet temptare loquentia fila
24 et citharae modulis primordia iungere mundi
26 — fas mihi sit vidisse deos, fas prodere mundo —
seu caeli mens illa fuit seu solis imago,
dignus utroque ⟨deus⟩ stetit ostro clarus et auro
intonuitque manu. talis divina potestas
30 quae genuit mundum septemque intexuit orbis
artificis zonas et totum miscet amore:
talis Phoebus erat, cum laetus caede draconis
docta repercusso generavit carmina plectro.
caelestes ulli si sunt, hac voce loquuntur.
Thamyra. Huc, huc Pierides volucri concedite saltu,
hic Heliconis opes florent, hic vester Apollo est.
tu quoque, Troia, sacros cineres ad sidera tolle
atque Agamemnoniis opus hoc ostende Mycenis

iam tanti cecidisse fuit! gaudete ruinae
et laudate rogos, vester vos tollit alumnus.
venerat ad modulos doctarum turba sororum
⟨venerat en et Maionides, cui⟩ plurima barba
albaque caesaries pleno radiabat honore.
ergo ut divinis implevit vocibus auras
candida faventi distinxit tempora vitta
Caesareumque caput merito velavit amictu.
haud procul Iliaco quondam non segnior ore
stabat et ipsa suas delebat Mantua chartas.

v. 25 inde dempsit Riese 26 mundo Hagen | mundum cod. | divum? Riese 28 stetit ⟨deus⟩ Peiper | ⟨Nero⟩ stetit Büch. 35 sororum Büch.=Riese | sonarum cod. post 41 dimidium versus deest aut plura; sic Baehr. 44 auras Hagen aures cod. 46 velavit Peiper (Homerus Neronem) | celabit cod. 47 sq: Büch. „i. e. Vergilius, poeta quondam Homero par, sua carmina ut Neronianis minora delebat."

Hier a. Abr. 2079 (63) Nero Romae in citharistarum agone contendens cunctos superat.

ad Neronia II anni 65 pertinere videtur.

Anno 65/66. Suet. 21, 2 sq (post Neronia anni 65) non cessavit identidem se publicare. dubitavit etiam, an privatis spectaculis operam inter scaenicos daret quodam praetorum sestertium decies offerente. tragoedias quoque cantavit personatus heroum deorumque, item heroidum ac dearum personis effectis ad similitudinem oris sui et feminae, prout quamque diligeret. inter cetera cantavit Canacen parturientem, Oresten matricidam, Oedipodem excaecatum, Herculem insanum. qua fabula fama est tirunculum militem positum ad custodiam aditus, cum eum ornari ac vinciri catenis, sicut argumentum postulabat, videret, accurrisse ferendae opis gratia. non dubitavit STN (vulg.) an ρ, alii codd. recentiores | in MGY daret MGY ρ | dare XN δ (vulg.) offerente: cf. Dio 63, 21, 2 (p. Chr. 68) p. 63. tragoedias quoque . . . opis gratia: haec omnia Dio in Achaiam refert (Oedipodem Philostr. v. Ap. 5, 7 Olympiae eum egisse narrat, Suet. 46, 3 paulo ante mortem suam, infra p. 63 sq.)

Anno 66. Dio 63, 1, 1 ὁ . . . Νέρων ἐν τοῖς κιθαρῳδοῖς ἠγωνίσατο καὶ νικητήρια αὐτῷ Μενεκράτους τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιήσαντος ἡνιόχησε.

Μενεκράτους Reimar. | μὲν ἐκρότουν codd.

Anno 66. Dio 63, 1, 2 et 6, 1—3 ὁ Τιριδάτης ἐς τὴν Ῥώμην · · · ἀνήχθη · · · c. 6 ἐγένετο δὲ κατὰ ψήφισμα καὶ πανήγυρσις θεατρική. · · . ὁ δὲ Νέρων ἐπὶ τούτοις καὶ ἐκιθαρῴδησε δημοσίᾳ καὶ ἡρματηλάτησε · · · cf. Suet. 13 non immerito

inter spectacula ab eo edita et Tiridatis in urbem introitum rettulerim · · ·. perductum inde in theatrum ac rursus supplicantem (Nero) iuxta se latere dextro conlocavit.

Annis 66/67. Suet. 22, 3—24, 1 nec contentus harum artium experimenta Romae dedisse Achaiam . . . petit hinc maxime motus. instituerant civitates, apud quas musici agones edi solent, omnes citharoedorum coronas ad ipsum mittere. eas adeo grate recipiebat, ut legatos . . . etiam familiaribus epulis interponeret. a quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super cenam exceptusque effusius solos scire audire Graecos solosque se et studiis suis dignos ait.

nec profectione dilata, ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram Iovis Cassii cantare auspicatus certamina deinceps obiit omnia. c. 23 nam et quae diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum quibusdam etiam iteratis iussit, et Olympiae quoque praeter consuetudinem musicum agona commisit. eqs.

certamina . . . omnia: Dio 63, 14, 3.

Hoc iter Neronis descripserunt Schiller p. 225; 245 sqq. Vogt, Die alex. Münzen (1924) p. 32—37. Dessau II 1 p. 263—73. Schumann, Hell. u. grch. Elemente i. d. Reg. Neros, diss. Lips. 1930 p. 65—76; huius ordinem sequar quamquam non plane certum. quid Nero cantaverit, quas fabularum partes egerit nostra interest.

Oct. 66. cantat Cassiopae, in oppido Corcyrae, ad aram Iovis Cassii: Suet. 22, 3.

Actii coronatur: Hier. a. Abr. 2082 (66). Sync. 340 a. Nummi Vogt II p. 11 (ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΚΤΙΟΣ).

Apr. 67. Olympia in hunc annum differri iusserat: Hier. a. Abr. 2080 (Ol. 211). Sync. 340 a. Paus. 10, 36, 9. Philostr. v. Ap. 5, 7. Suet. 23, 1. Olympiae praeter consuetudinem musicum agona committit: Suet. 23, 1. Philostr. v. Ap. 5, 7. Ps.-Luc. Nero 2. Olympia coronatur: Philostr. v. Ap. 4, 24 (ἐνίκα τραγῳδούς); 5, 7 (κιθαρῳδίαν; νόμους ᾄδειν; τραγῳδίαν; τὰ Κρέοντός τε καὶ Οἰδίποδος); 5, 8 (τρισολυμπιονίκην). Paus. 5, 12, 8 (ἐν τῷ ἐν Ὀλ. ναῷ Νέρωνος ἀναθήματα τρεῖς μὲν ἐς κοτίνου φύλλα στέφανοι, τέταρτος δὲ ἐς δρυὸς μεμιμημένος). Sync. 340 a (κατὰ σκηνῆς ἑαυτὸν ὑπεδείκνυ). Suet. 25. Dio 63, 10; 20. Nummi Vogt II p. 11 (ΔΙΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΥ).

Delphis Pythia coronatur: Dio 63, 10; 20. Philostr. v. Ap. 4, 24 (Πυθικοῖς καὶ Ἰσθμοῖ κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες);

5, 9 Hier. a. Abr. 2082 (66; Isthm., Pyth., Act. inter cerycas, tragoedos, citharistas). Sync. 340 a. Ps.-Luc. Nero 2 (κιθάραν καὶ ᾠδήν). Suet. 25. Nummi Vogt II p. 11 (ΑΠΟΛΛΩΝ ΠΥΘΙΟΣ).
Iun. 67. Corinthi Isthmia coronatur: Ps.-Luc. Nero 9 (contra consuetudinem Ἰσθμοῖ τραγῳδοὺς νικᾶν Νέρωνι ἐδόκει). Philostr. v. Ap. 4, 24. Hier. a. Abr. 2082. Sync. 340 a. Nummi Vogt II p. 11 sq (ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ).
Nemeis interest: Nummi Vogt II p. 11 (ΖΕΥΣ ΝΕΜΙΟΣ cum Iove quercea corona ornato, cf. Paus. 5, 12, 8 supra).
Argivis ludis interest: Nummi Vogt II p. 11 sq (ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ).
Sept. 67. antequam Isthmus perfodi inciperetur, cantavit: Ps.-Luc. Nero 3 (ὕμνον Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος καὶ ᾆσμα οὐ μέγα Μελικέρτῃ τε καὶ Λευκοθέᾳ). Nummi Vogt II p. 11 sq supra.
28. Nov. 67. Isthmia iterata (?): IG 7, 2713, 1 cum Plut. Flam. 12, 8. (Vogt I p. 34 sq 28. Nov. 66, non 67 Neronem in Isthmo Graeciam liberam proclamavisse censet). cf. p. 54, 1 sqq.
Locis non traditis: Iuv. 8, 225 (cantu). Dio 63, 8 sq (κιθαρῳδήσει, κηρύξει, τραγῳδίας ὑποκρίσει; τὸ προσωπεῖον ὑποδύνων ἐδεῖτο ὡς δραπέτης, ἐποδηγεῖτο ὡς τυφλός, ἐκύει, ἔτικτεν, ἐμαίνετο, ἠλᾶτο τόν τε Οἰδίποδα, Θυέστην, Ἡρακλέα, Ἀλκμέωνα, Ὀρέστην ὡς πλήθει ὑποκρινόμενος); 63, 10 (τὴν Κανάκην ὑπεκρίνατο); 63, 10 (στρατιώτης ἰδὼν αὐτὸν δεδεμένον ἔλυσε); 63, 14. Suet. 24, 1 (in tragico actu baculum ei elapsum est; de Oedipode Olympiis acto Philostr. v. Ap. 5, 7). Suet. 24, 1 (praeconio ubique contendit). Nummi Vogt p. 10—12 (navis ΣΕΒΑΣΤΟΦΟΡΟΣ; Nero citharoedus; corona).

Hieme 67/68. Neapolim et Romam ingreditur hieronices, coronam capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam, praeeunte pompa ceterarum cum titulis, ubi et quos quo cantionum quove fabularum argumento vicisset: Suet. 25. Dio 63, 20.

Anno 68. Dio 63, 21, 2 (Romae) Λάρκιος δέ τις Λυδὸς προσῆλθεν αὐτῷ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας προσφέρων, ἵνα κιθαρῳδήσῃ. καὶ ὃς τὸ μὲν ἀργύριον οὐκ ἔλαβεν ἀπαξιώσας μισθοῦ τι ποιῆσαι · · ·, ἐς μέντοι τὸ θέατρον καὶ ὣς ἐσελθὼν καὶ ἐκιθαρῴδησέ καὶ ἐτραγῴδησεν.

Anno 68. Suet. 46, 3 observatum etiam fuerat novissimam fabulam cantasse eum publice Oedipodem exulem

atque in hoc desisse versu „θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος μήτηρ πατήρ.“ aliter Dio 63, 28, 5 in latebris Νέρων μὲν δὴ τοιαῦτα ἐτραγῴδει (i. e. ipse patiebatur) καὶ τὸ ἔπος ἐκεῖνο συνεχῶς ἐνενόει „οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, πατήρ.“ Nauck Trag. gr. fr., adesp. 8. cf. Schmidt, De ult. morientium verbis p. 45 sq. cf. supra p. 46 sq.

Proposita.

Suet. 54 sub exitu quidem vitae palam voverat, si sibi incolumis status permansisset, proditurum se partae victoriae ludis etiam hydraulam et choraulam et utricularium ac novissimo die histrionem saltaturumque Vergili Turnum.
hydraulam: cf. p. 52.

Suet. 40, 2 praedictum a mathematicis Neroni olim erat fore, ut quandoque destitueretur; unde illa vox eius celeberrima τὸ τέχνιον ἡμᾶς διατρέφει, quo maiore scilicet venia meditaretur citharoedicam artem principi sibi gratam, privato necessariam. Dio 63, 27, 2 ὑπὸ πάντων δὲ ὁμοίως ἐγκαταλειφθεὶς ἐβουλεύσατο μὲν τούς τε βουλευτὰς ἀποκτεῖναι καὶ τὴν πόλιν καταπρῆσαι ἔς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλεῦσαι ὑπειπών, ὅτι ἂν καὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλά γε τὸ τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει. Vogt, Die Alex. Münzen (1924) I p. 37. cf. Suet. 49, 1 identidem dictitans „qualis artifex pereo!“ Dio 63, 29, 2 ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι.

Tempore non indicato.

Iuv. 8, 198 sq (contra nobiles mimos)

res haut mira tamen citharoedo principe mimus
nobilis.

8, 220—30 (Nerone et Oreste matricidis comparatis)

. . . , in scaena numquam cantavit Orestes
Troica non scripsit. quid enim Verginius armis
debuit ulcisci magis aut cum Vindice Galba,
quod Nero tam saeva crudaque tyrannide fecit?
haec opera atque hae sunt generosi principis artes,
gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu
prostitui Graiaeque apium meruisse coronae.
maiorum effigies habeant insignia vocis,
ante pedes Domiti longum tu pone Thyestae
syrma vel Antigonae personam vel Melanippae,
et de marmoreo citharam suspende colosso.

226 apium Eppich, corona Nemei agonis: Plin. nat. 19, 158. 229 Euripidis tragoediae Μελανίππη ἡ σοφή et Μελ. ἡ δεσμῶτις.

Philostr. v. Ap. 4, 39 (de homine temporibus Neronis Romae in tabernis cantante) ἀναβαλόμενος οὖν, ὅπως εἰώθει, καὶ βραχὺν διεξελθὼν ὕμνον τοῦ Νέρωνος ἐπῆγε μέλη τὰ μὲν

ἐξ Ὀρεστείας, τὰ δὲ ἐξ Ἀντιγόνης, τὰ δὲ ὁποθενοῦν τῶν τραγῳδουμένων αὐτῷ, καὶ ᾠδὰς ἔκαμπτεν, ὁπόσας Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ κακῶς ἔστρεφεν. 5, 9 (Gadibus) . . . τραγῳδίας ὑποκριτὴς τῶν οὐκ ἀξιουμένων ἀνταγωνίζεσθαι τῷ Νέρωνι ἐπῄει τὰς ἑσπερίους πόλεις . . . καὶ ηὐδοκίμει . . . , ἐπειδὴ τὰς Νέρωνος μελῳδίας ἀκριβοῦν ἔφασκεν.

Neronem cantavisse saepissime legimus: Plin. nat. 30, 14. Ios. bell. Iud. 2, 251. Dio 63, 17, 5 sq. Sibyll. 5, 141 sq; 150 sq; 12, 78—94. Philostr. v. Ap. 5, 28. alias.

Neronis carmina.

Plin. epist. 5, 3, 1—6 facio non numquam versiculos severos parum, facio, nam et comoedias audio eqs. an ego verear . . . , ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium . . . , divum Augustum, divum Nervam, Tiberium Caesarem? Neronem enim transeo, quamvis sciam non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis, sed honesta manere, quae saepius a bonis fiunt.

Tac. ann. 13, 3 (p. Chr. 54) aliquando carminihus pangendis inesse sibi elementa doctrinae ostendebat. 14, 16 (p. Chr. 59) carminum quoque studium adfectavit contractis quibus aliqua pangendi facultas necdum insignis erat. hi cenati considere simul et adlatos vel ibidem repertos versus conectere atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere. quod species ipsa carminum docet non impetu et instinctu nec ore uno fluens. erat. hi cenati Halm aetatis nati cod. | claritas. hi cenati Nipp. | artis notitia Lit. Centralbl. 1876 p. 443 | alii al. ablatos cod. ore uno „aus einem Gusse" Nipp.

Suet. 52 a philosophia eum mater avertit . . . , a cognitione veterum oratorum Seneca . . . . itaque ad poeticam pronus carmina libenter ac sine labore composuit nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit. venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non tralatos aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos; ita multa et deleta et inducta et superscripta inerant. quosdam Neronis versus etiam Suetonii temporibus (ca. 75—150) notissimos fuisse hinc intellegimus.

Suet. Vit. 11, 2 (imperator Vitellius) solemni convivio citharoedum placentem palam admonuit, ut aliquid et de dominico diceret, incohantique Neroniana cantica primus exultans etiam plausit. dominico MGY | domitio XN Casaub. „de dominico: ita videtur appellatum ab assentatoribus vivi Neronis liber canticorum eius, rerum domini".

Fulg. Myth. 1 p. 620 (Calliope Fulgentio: loquelae musae) celeri te raptu ex mortali caelestem efficient astris=que te, non ut Neronem poeticis laudibus, sed ut Pla=tonem mysticis inserent rationibus.

Suet. 10, 2 recitavit et carmina non modo domi, sed et in theatro tanta universorum laetitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit eaque pars carminum aureis litteris Iovi Capitolino dicata. Neroniis anni 60 orationis carminisque latini coronam recepit, cum non recitavisset: Suet. 12, 3. Tac. 14, 21 supra p. 57 sq.

Tac. ann. 16, 4 (p. Chr. 65 secundis Neroniis) carmen in scaena recitat. carmen: Τρωικά Dio 62, 29, 1 p. 59 sq et infra p. 66.

Pers. 1, 29 cum schol.
ten cirratorum centum dictata fuisse
pro nihilo pendas?
schol.: occulte autem tangit Neronem, cuius carmina, quia imperabat, per scholas celebrabantur.
de Pers. sat. I infra p. 69.

Troica.

fr. 11 Baehrens (10 Morel) Serv. Aen. 5, 370 sane hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit adeo, ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem. qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum: quod adlatis crepundiis proba=vit, qui habitu rustici adhuc latebat. hos autem ludos transfert Vergilius ad Hectoris tumulum. Türk in Roscher, Lex. d. grch. u. r. Mythol. 3, 1582—86, praesert. 1585, 46—57.

fr. 10 B. (9 M.) Serv. georg. 3, 36 „Troiae Cynthius auctor" vel Apollinem dicit propter muros vel Cynthium, regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat.

Dio 62, 29, 1 (secundis Neroniis anni 65) καί ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήστραν ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη καὶ ἀνέγνω Τρωικά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα. cf. Tac. 16, 4 supra.

Anthol. 725, 36—48 (carmen Einsiedl. I.) supra p. 60 sq.

Iuv. 8, 220 sq (in comparandis matricidis Oresto et Ne=rone) . . . , in scaena numquam cantavit Orestes, Troica non scripsit. cf. p. 64.

Pers. 1, 121—3 cum schol. „hoc ego opertum, hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo Iliade." schol.: non tibi illud dem, si mihi Iliada Labeonis aut Neronis Troicon tradas. scripsit enim Nero Troicon. hoc autem per ironiam dicit. risus occultus significat non plebeiam personam significari, quoniam in Neronem dixit. de Pers. sat. I p. 69.

Tac. ann. 15, 39 (a. 64) pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse eum domesticam scaenam et cecinisse Troianum excidium praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem. Suet. 38, 2 hoc incendium e turre Maecenatiana prospectans laetusque flammae, ut aiebat, pulchritudine halosin Ilii in illo suo scaenico habitu decantavit. Dio 62, 18, 1 ὁ Νέρων ἔς τε τὸ ἄκρον τοῦ Παλατίου, ὅθεν μάλιστα σύνοπτα τὰ πολλὰ τῶν καιομένων ἦν, ἀπῆλθε, καὶ τὴν σκευὴν τὴν κιθαρῳδικὴν λαβὼν ᾖσεν ἅλωσιν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔλεγεν, Ἰλίου, ὡς δὲ ἑωρᾶτο, Ῥώμης. cf. p. 59.

Dio 62, 16, 1 (a. 64) τὸν γοῦν Πρίαμον καὶ αὐτὸς θαυμαστῶς ἐμακάριζεν, ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἅμα καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολομένας εἶδεν. fortasse in Troicis suis; tamen cf. p. 47.

Troiae halosin Petronii (c. 89) Ernout putat „une sorte de modèle corrigé à son gré que donne Eumolpe de l'oeuvre de Néron, la Prise de Troie" (Pétrone, Paris 1923, p. XI); haec opinio argumentis firmari non poterit.

Ex aliis carminibus.

fr. 1. Luc. Phars. 3, 261—3 cum adnot.

at Tigrim subito tellus absorbet hiatu
occultosque tegit cursus rursusque renatum
fonte novo flumen pelagi non abnegat undis.

adnot. ad 261 Tigrim: . . . de hoc ait in primo libro Nero:

quique pererratam subductus Persida Tigris
deserit et longo terrarum tractus hiatu
reddit quaesitas iam non quaerentibus undas.

subductis GP longe G terram GP tectus Clercque in primo libro: nescimus, cuius operis; non est, cur de Troicis cogitemus (Baehrens FrPR p. 368. Teuffel § 286, 8).

fr. 2. Sen. nat. 1, 5, 6 ut ait Nero Caesar disertissime:

colla Cytheriacae splendent agitata columbae.

Sen. nat. ed. inter ann. 62 et 65 (Schanz 2, 2^3 p. 409).

fr. 7 B. (5 M). Suet. vita Lucani p. 51, 8—10 hemistichium Neronis . . . : sub terris tonuisse putes.

cf. p. 47; vivo Lucano, i. e. non post a. 65.

fr. 8 B (6 M). Plin. nat. 37, 50 Domitius Nero . . . capillos quoque Poppaeae coniugis suae in hoc nomen adoptaverat quodam etiam carmine sucinos appellando.

Suet. Dom. 1, 1 Clodium Pollionem . . . , in quem est poema Neronis, quod inscribitur Luscio.
hoc Neronis carmen tangit Persius 1, 127 sq: non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit, sordidus, et lusco qui

possit dicere „lusce!" schol. „sordidus": hoc de Nerone, qui invehitur contra tragoediographos. vel aliter: . . .

fr. 9 B (8 M). Suet. 24, 4 aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemiugem, quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset.
Mithridates rex Bospori PIR M 455.

Tac. ann. 15, 49 (p. Chr. 65 in coniuratione Pis. Afranius) Quintianus mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus contumeliam ultum ibat.

Suet. 42, 2 (in Vindicis et Galbae defectione a. 68) cum prosperi quiddam ex provinciis nuntiatum esset, super abundantissimam cenam iocularia in defectionis duces carmina lasciveque modulata, quae vulgo notuerunt, etiam gesticulatus est.

fr. 7 M. Tac. ann. 15, 34 (p. Chr. 64 Neapoli) illic, plerique ut arbitra⟨ba⟩ntur, triste, ut ipse, providum potius et secundis numinibus evenit. nam egresso qui affuerat populo vacuum et sine ullius noxa theatrum collapsum est. ergo per conpositos cantus grates dis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans . . . cf. p. 58 sq.

Mart. 9, 26, 9 sq (ad Nervam)

ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
lascivum iuvenis cum tibi lusit opus.

Dubia fragmenta.

Mart. 8, 70, 7 sq (de imperatore Nerva)

sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
carmina qui docti nota Neronis habet.

Neronem Nervae, familiaris sui, ut alterius Tibulli mentionem fecisse ex hoc loco colligit Teuffel § 330, 1. An Mart. quaedam Neronis carmina Nervae deberi dicit? cf. Tac. a. 14, 16 et Suet. 52 p. 65.

Pers. 1, 92—102 cum schol. (de malis poetis aequalibus)

sed numeris decor est et iunctura addita crudis.
claudere sic versum didicit „Berecynthius Attis"
et „qui caeruleum dirimebat Nerea delphin",
sic „costam longo subduximus Appennino".
arma virum! nonne hoc spumosum et cortice pingui,
ut ramale vetus vegrandi subere coctum?
quidnam igitur tenerum et laxa cervice legendum?
„torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,
et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lyncem Maenas flexura corymbis
euhion ingeminat, reparabilis adsonat echo."

scholia: schol. 93 „claudere sic versum". hi versus exempli causa proferuntur; non autem sunt Persii, sed poetae nescio cuius graecissantis, qui, cum mare describeret, ita dixit „Atin", „delphin" in extremitate versuum, quod huius saeculi poetae affectant suorum vitia versuum.

„Berecynthius Atys". non quod Atys Berecynthius carmina scripserit sic composita, sed nomen tale positum a poeta illo in fine versus. similiter et „delphin" bene sonat. et dicit hos versus Neronis in haec nomina desinentes. schol. 99 „torva Mimalloneis". dicit εἰρωνικῶς carmina poetarum illius temporis plena graecissationibus nullum habere intellectum . . . „torva Mimalloneis". hi versus Neronis sunt et huic sunt compositi. . . . „bombus" . . . ipse autem Persius finxit hos versus, velut alii dicunt, in aliorum imitationem, quorum scripta sonum grandem habent, sensum nullum. Prob. vita Persii p. 75 Reiff.: lecto Lucilii libro decimo vehementer satiras componere instituit, cuius libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detracturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem illius temporis principem culpaverit. cuius versus in Neronem cum ita se haberet: „auriculas asini Mida rex habet" in eum modum a Cornuto ipso iam tum mortuo est emendatus: „auriculas asini quis non habet?", ne hoc Nero in se dictum arbitraretur. (cf. schol. 1, 121).

1) scholiastae dissentiunt. 2) Persium hac satira Neronem pro omnibus eiusdem aetatis poetis vituperasse negant Meister (1802), Reitzenstein, Hell. Wundererz. (1906) p. 22 nota 2, credunt Ritter diss. Marburg 1833, Jahn in edit. Pers. (1843) p. LVI sqq, praesert. LXXX, Nemethy in edit. Pers. (1903), Kukula, Pers. u. Nero (1923), qui tota satira Senecam et Neronem vituperari censet. cf. p. 49 init. 3) Ut versus Neronis esse putemus suadent a) pars adnotationum et vita; b) Attis et Maenas 93, 101, 105 collatum cum Dio 61, 20, 2 ἐκιθαρῴδησέ τε Ἄττιν τινὰ ἢ Βάκχας (p. 57; Ritter p. 71 sq, Némethy p. 108, Kukula p. 82—87) c) lusce Pers. 1, 127 et Luscio Suet. Dom. 1, 1 p. 67. d) „putabimus Persium fecisse, quod fere aliter facere non potuit, si vere litterarum conditionem eius temporis depingere voluit, idque exemplum potissimum proposuisse, quo nullum aliud illustrius aut efficacius erat" Jahn p. LXXX. 4) obstat a) pars scholiorum b) v. 121 haud dubie legendus est „auriculas asini Mida rex habet", sed schol. et extr. vita: sed Cornutus hoc mutavit ita ponens „auriculas asini quis non habet?" veritus ne Nero in se dictum putaret. Cur minorem Neronis offensionem tolleret Cornutus maiore retenta?

De carminibus a Nerone cantatis non constat, quae ipse fecerit: Ἄττις τις ἢ Βάκχαι p. 57 et 68 sq., aliquid sufferi (ein etwas wildes Lied) p. 59, νόμοι p. 59 et 62, Nioba p. 60, ὕμνος Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος p. 63, ᾆσμα οὐ μέγα Μελικέρτῃ τε καὶ Λευκοθέᾳ p. 63, βραχὺς ὕμνος τοῦ Νέρωνος p. 64, ᾠδαὶ (μελῳδίαι) p. 65.

Num tragoediarum agendarum verba correxerit, nescimus; cf. schol. Pers. 1, 127: (Nero) invehitur contra tragoediographos: p. 68 init.

Scripta animo concepta.

Rerum Romanarum libri C.

Dio 62, 29, 2 sq παρεσκευάζετο δὲ (ὁ Νέρων) ὡς καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων πράξεις ἁπάσας συγγράψων ἐν ἔπεσιν, καὶ περί γε τοῦ πλήθους τῶν βιβλίων, πρὶν καὶ ὁτιοῦν αὐτῶν συνθεῖναι, ἐσκέψατο, παραλαβὼν ἄλλους τε καὶ Ἀνναῖον Κορνοῦτον εὐδοκιμοῦντα τότε ἐπὶ παιδείᾳ. καὶ αὐτὸν ὀλίγου μὲν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐς νῆσον δ' οὖν ἐνέβαλεν, ὅτι τινῶν τετρακόσια ἀξιούντων αὐτὸν βιβλία γράψαι, πολλά τε αὐτὰ εἶναι ἔφη καὶ μηδένα αὐτὰ ἀναγνώσεσθαι, καί τινος εἰπόντος „καὶ μὴν Χρύσιππος, ὃν ἐπαινεῖς καὶ ζηλοῖς, πολὺ πλείω συνέθηκεν“ ἀπεκρίνατο ὅτι „ἀλλ' ἐκεῖνα χρήσιμα τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ἐστίν.“ cf. p. 49.

Epinicia.

Suet. 43, 2 (seditione Gallica a. 68 nuntiata) innixus umeris familiarium affirmavit . . . inermem se in conspectum exercituum proditurum nec quicquam aliud quam fleturum revocatisque ad paenitentiam defectoribus insequenti die laetum inter laetos cantaturum epinicia, quae iam nunc sibi componi opporteret. sibi = a se?

Index

Tiberius — Seite

A. Tiberius litteris cultus 5
poetis scriptoribusque favet; nonnullos poenis coercere cogitur 5
studiis grammaticis delectatur 11
bibliothecas instituit 12
linguae latinae et graecae peritus in re p. solam latinam adhiberi vult 13
Tiberii eloquentia 14
philosophiae studiosus 19
astrologiae studet magistro Thrasyllo 19
B. Tiberii scripta 21

Gaius Caligula

A. quae scripta, quos scriptores probaverit, quos spreverit 25
Caligulae eloquentia 26
ludorum scaenicorum studiosissimus 29
B. Caligulae de arte rhetorica liber 31

Claudius

A. Claudius litteris cultus 32
quantopere Claudius scriptoribus faverit . . . 32
Romae a studiis et a libellis munera, Alexandriae novum museum instituit 34
graeci sermonis studiosissimus magistratum linguae latinae ignarum loco movet 34
Claudii eloquentia 35
ludos scaenicos instituit 36
B. Claudii scripta 37

Nero

A. Neronis magistri 44
quantopere Nero poetis, scriptoribus, philosophis faverit aut obtrectaverit 46
scientiam augebat 52
Neronis eloquentia 52
certamina musica instituit more graeco. ipse cantat et fabulas in scaena agit 54
B. Neronis carmina 65

Libri uno quoque loco indicantur.

Vita.

Nata sum Gertrud Lienhart die 21. mensis Augusti anni 1906 Argentorati, Dionysii Lienhart et Elisabethae ex gente Dietsche filia; fidem confiteor catholicam.

Ex anno 1912 Argentorati, ex anno 1919 in oppidis Bühl et Achern discipula eram, ex anno 1921 usque ad annum 1926 in gymnasiis urbium Karlsruhe et Friburgii Br. latinam quoque et graecam linguam discebam; Friburgi in gymnasio Bertholdiano maturitatem q. d. adepta sum.

Graecis, Romanis, Anglicis litteris studebam per quinque annos Friburgi, hieme 1927/28 Romae. Intereram lectionibus et seminariis professorum illustrissimorum Aly, Beloch, Brie, Cohn, Deubner, Dragendorff, Fabricius, Ed. Fraenkel, Heidegger, Honecker, Immisch, Kapp, P. Katterbach, Kolbe, Leumann, Pfeiffer, Schadewaldt, Taeger.

His omnibus magistris, in primis Ottoni Immisch, huius dissertationis exarandae auctori fautorique, maximam habeo gratiam.